



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commentarii Exegetici In Apocalypsim Ioannis Apostoli

Viegas, Brás

Parisiis, 1615

Capvt Secvndvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39261

ARGUMENTVM.

Similis ille filio hominis precepit superiori capite Ioanni, ut ostensa sibi mysteria literarum monumentis consecraret, imprimisque, ut ad septem minoris Asiae Episcopos, quibus praesidebat, eorumque nomine ad vniuersos Ecclesiae Praelatos diligenter scriberet, quae ipse diceret ad Ecclesiarum administrationem pertinentia: id quod praestat duobus capitibus sequentibus, quibus praeter eam, quam haecenus explicauimus, visionem, prima huius operis pars continetur. Nam hoc 2. cap. ad quatuor Episcopos, in 3. ad tres reliquos dantur literae, quibus sui officij commonentur. Ad Ephesinum autem Episcopum primò scribitur, quoniam is reliquos dignitate anteibat: quia nimirum Ephesus metropolis erat omnium minoris Asiae Ecclesiarum, & alterum Asiae lumen, ut appellat Plinius, clarissima templo illo Dianae celeberrimo, quod inter septem orbis miracula connumerari meruit, quippe quod ducentis viginti annis à tota Asia edificatum, longitudinem habuit quadringentorum viginti quinque pedum, latitudinem ducentorum viginti, centum viginti septem columnis exornatum, sexaginta pedum altitudine, quarum singula de singulis Regibus gloriabantur conditoribus, qua de re legendus est Plin. lib. 36. c. 14. propter quam Urbs celebritatem moratus est in ea Paulus per triennium, ut refertur Act. 20. Ioannesque Apostolus sui in Asia Patriarchatus sedem fixit. Non desunt, qui affirmant Ioannem primum fuisse Ephesinae Ecclesiae Episcopum, cui Timotheus successerit, vero similis videtur quod ait Eusebius Caesariensis. lib. 3. historiae Ecclesiasticae, cap. 4. primum Ephesi Episcopum fuisse Timotheum, quem Paulum in Episcopum consecrasse perspicuum est ex 2. ad Timotheum 1. Ephesique reliquisse ex 1. ad Timotheum 1. Quis autem fuerit hic Episcopus, ad quem modo Ioannes scribit, incertum est, quamuis non sine probabilitatis specie Lyranus in commentarijs huius capituli cum dicat de communi interpretum sententia fuisse eundem Timotheum, cum cuius testata fide ac probitate non multum pugnant ea, de quibus Christus cum Ephesi Angelo expostulat, ut suo loco dicemus. Denique literae laudem, increpationem, & comminationem continent.

CAPVT SECVNDVM.



In Angelo Ephesi Ecclesiae scribe: Haec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum: Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam: & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces: & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defecisti. Sed habeo aduersum te pauca, quod

quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem, veniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs, Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei. Et Angelo Smyrnæ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & viuit: Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed diues es: & blasphemaris ab his, qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt Synagoga satanæ. Nihil horum timeas quæ passus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs: Qui vicerit, non læderur à morte secunda. Et Angelo Pergami Ecclesiæ scribe: Hæc dicit qui habet rhompheam vtraq; parte acutam. Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ, & tenes nomen meum. Et non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi satanas habitat. Sed habeo aduersus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinam Balaâ, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel, edere, & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. Similiter pœnitentiam age: si quod minus, veniam tibi cito, & pugnabo cû illis in gladio oris mei. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs, Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit. Et Angelo Thyatiræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco: Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam tuam, & opera tua nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetam, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. Et dedi illi tempus, vt pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere à fornicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectum, & qui mœchantur cum ea; in tribulatione maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint: & filios eius interficiam in morte, & scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutans renes & corda: & dabo vnicuique vestrum secundum opera sua. Vobis autem dico, & cæteris, qui Thyatiræ estis: Quicumque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt altitudines satanæ, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus: tamen id quod habetis, tenete donec veniam. Et qui vicerit, & custodierit vsque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga

ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, sicut & ego accepi à Patre meo: & dabo illi stellam matutinam. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat Ecclesijs.

COMMENTARIUM PRIMUM EXEGETICVM.

DE ANGELO EPHESI.

Cur Episcopi Angeli appellentur?

SECTIO PRIMA.

I.



UONIAM omnium Ecclesiarum Episcopi, ad quos de mandato Christi scribit Ioannes, Angeli in his literis appellantur, eius appellatiōnis nobis in vniuersum ratio reddenda est. Prima igitur ratio depromitur ex scientia, qua præstare debent: quemadmodum docet Dionysius Areopag. lib. de celesti Hierarch. cap. 12. quam rationem complexus est Malach. cap. 2. cum dicit: *Labia sacerdotum custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Quem locum sic interpretatur D. Hieronymus: *Angelus, id est nuntius, sacerdos Dei verus dicitur, quia Dei, & hominum sequester est, eiusque ad populum nuntius voluntatem, & idcirco in sacerdotis pectore rationale est, & in rationali doctrina, & veritas ponitur: ut discamus sacerdotem doctum esse debere, & præconem Dominicæ veritatē.* Quibus verbis alludit Hieronymus ad locum illum Exod. 28: *Pones in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron quando ingreditur coram Domino.* Doctrina ponitur propter scientiam, veritas propter sinceritatem, ut nihil affingat, sed omnia sic tradat, ut à Deo accepit. Pro doctrina est Hebraicè, *דבר* Verbum, id est, illuminationes, quia magna sit oportet doctrina prælati, quæ omnes possit illuminare. Pro veritate est *אמת* verum, id est, perfectiones, quia magna debet esse in prælato perfectio, & integritas tum vitæ, tum etiã doctrinæ.

Dion. Areopag. Present scientia Episcopi, & Sacerdotes. Malach. 2. 7.

Exod. 28. 30.

In Rationali doctrina & veritas cur ponentur.

II.

Prælatorum munus. Esai. 33. 7. 1. ad Timoth. 3. 6.

D. Gregor. lib. 4. 16.

Secunda ratio est. Quia eorum est pacem inter Deum, & homines constituere, & Dei voluntatem hominibus patefacere: quemadmodum dixit Hieronymus loco citato. Vnde est illud Esaiæ 33. *Angeli pacis amare stebunt.* Quo enim sensu dictum est 1. ad Timoth. 3. *Magnum pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, iustificatum in spiritu, apparuit Angelis, prædicatis gentibus:* vbi de communi ferè expositione, Angelorum nomine Prælati, & prædicatores intelliguntur, quia Euangelij pacem nunciant. Vtrumque enim locum paulò ante citatum, de prælatis, & prædicatoribus intelligit D. Gregorius præter alios, lib. 34. Moral. cap. 7. quemadmodum & sequentem, qui habetur Iob 41. *Cum subleuatus fuerit, ad est diabolus, timebunt Angeli, & territi turbabuntur.* *Extremus hic, inquit Gregorius, Leviathan damnatio designatur, quæ de hoc mundo per iram iudicij tollitur, qui nunc mira mansuetudinis longanimitate toleratur, tanto autem pondere terroris excutitur, ut sanctorum etiam prædicatorum fortitudo turbetur.*

Tertia

Tertia ratio. Propter castitatem, quæ in Prelatis, & in omnibus sacerdotibus requiritur: quo sensu intelligendum est illud I. ad Corinth. II. *Ubi quidem non debet velare caput suum, quoniam imago, & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est: ideo debet mulier velamen habere super caput suum propter Angelos.* Vbi per Angelos, quidam, Angelos custodes, qui præfunt hominibus, intelligunt. Ita Tertullianus libro de velandis virginibus, Theodoretus, Chrysostomus, Beda in eum locum. Caterum de sacerdotibus accipit D. Hieronymus, & de Episcopis D. Ambrosius, qui sic locum interpretatur: *Mulier ideo debet velare caput ut in Ecclesia propter reverentiam Episcopalem non habeat caput liberum, sed velamine tectum.* Eligitur lenitas, Mulier debet velare caput ob reverentiam Angelorum, id est Episcoporum, & sacerdotum, qui tantam debent habere puritatem, ut mulieres apertis capite videre reformident. Eandem ob causam Pontifex legali duplici zona cingebatur, una, qua stringebatur tunica linea, altera, qua cingebatur hyacinthina: quia Episcopus, simplicem debet præ alijs habere castitatem. Quarta ratio propter contemplationem. Propterea enim ille Pontifex tunica hyacinthina induebatur, quæ caelestem colorem referebat.

Quinta ratio. Propter sedulam gregis custodiam iuxta illud Psalmi 90. *Angeli sui. Domine mandavit deum, ut custodiant te in omnibus vijs tuis.* In cuius rei typum, significationem, omnes Episcopi præter Romanum, habent baculum: Romanus enim baculum non habet, ut significetur eum non habere certam alicuius Ecclesie Catholice administrationem. Sexta. Propter Angelicam vitæ sanctitatem, qua debent excellere, quod argumentum fusè persequitur D. Gregorius lib. I. Epistolarum in dictione 9. cap. 24. ubi inter alia. *Omni cura, inquit, vigilandum est, ut recte cogitatione sit mundus, operatione præcipuus, discretus in silentio, utilis in verbo, præ cunctis contemplatione suspensus, singulis compassione proximus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per æquam iustitiam erectus.* Septima & postrema. Propter promptitudinem ac diligentiam in munere suo obeundo, Divinisque mandatis exequendis. Idcirco enim Angeli alati, & discalceati pinguntur, quemadmodum docet Dionysius Areopagita libro de caelesti Hierarchia, cap. 17. alati, inquam, propter velocitatem, discalceati verò, tum ob eandem causam, tum etiam quia, ut ait Dionysius: *omnis terrena labijs expertes sunt.*

III.
I. ad Corint.
11.7.
Tert. II.
Theodor.
Beda.
Chrysost.
D. Hieron.
D. Ambros.
Castitas prelati-
orum.
Eorundem
contemplatio.
III.
Psalm 90. 11.
Baculum cui
habeant om-
nes Episcopi,
præter Ro-
manum.
Qualis Pre-
latus esse de-
beat ex
D. Gregor.
Dion. Areop.
Alati, & dis-
calceati cur
pinguntur
Angeli.

Angeli Ephesi laudes commemorantur, in eoque Episcopi partes describuntur. Primum expenditur literarum inscriptio, & cur prius laudetur, quam reprehendatur, deinde illa verba explicantur: *Scio laborem tuum, & patientiam tuam.*

SECTIO II.

NOTANDA est primò epistola ad Ephesi Angelum quasi inscriptio, quæ huiusmodi est. *Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua; qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.* Quæ inscriptio propterea præmittitur, ut nimirum, quemadmodum annotavit Richardus de sancto Victore, fiduciam Christus præbet peccantibus; ac si dicat; si quis superiorem gradum amiserit, & per negligentiam de pristina perfectione decidit, non desperet, quia ego septem stellas etiam post commissam negligentiam teneo, id est, eos qui peccarunt, si penitentiam minime desero: Etenim hi Episcopi, qui per stellas

Rich. Vict.
Penitentes
non deservit
Deum.

Rupertus. significantur negligenter se gesserant, & tamen eos Christus adhuc in dextera tenebat, & in medio suarum Ecclesiarum ambulabat. Aliter Rupertus eandem inscriptionem expendit, hoc sensu; Is qui tenet stellas in dextera sua, eandem vigilanter attendit, ne forte pro ipsa claritate veniaralici pes superbiae: vnde & subditur; *Qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum*: ac si dicat, qui in medio vestri ambulat singulorum corda & renes inuestigat: etenim candelabra septem, septem Ecclesiae sunt; cum ergo in medio candelabrorum ambulat, lumen singulorum intuetur, quantum luceat, ne forte sine oleo charitatis, sine operibus dilectionis fumiget fides mortua.

II. Secundò. Notandum est prius laudari Episcopum Ephesi, quàm increpatur, ut laudibus quodammodo delinitus patienter increpationem audiat: quo etiam artificio usus est Apostolus 1. ad Corinthios 11. *Laudo vos fratres, quòd per omnia mes memores estis, & sicut tradidi vobis, praecepta mea tenetis*: & paulò post: *hoc autem*

1. ad Cor. 11. *Cur laudatur praecepto non laudans, quòd non in melius, sed in deterius convenit.* &c. Et 1. ad Corinthios 1. *Eos reprehensus prius laudavit*; *Gratus, inquit, ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei, quae data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus divites facti estis in illo, Ephesi Episcopus. Ita ut nihil desit vobis in ulla gratia*: tunc verò subiungit; *Obsecro autem vos fratres, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata*: significat enim mihi de vobis, quia contentiones sunt inter vos, *Unusquisque dicit, ego quidem sum Pauli, ego autem Apollonis.* Quà

1. ad Cor. 1. 4. *D. Gregor.* Pauli in reprehendendo dexteritatem expendens D. Gregorius homilia 11. in Ezechielem, hoc eleganti illustrat exemplo. *Perieris, inquit, medicus vulnus secundum videns: sed agrum timidum esse conspiciens diu palpat, & subito percutit.* Imò observat Rupertus in hunc locum artificiosam sermonis dispositionem, nec enim dumtaxat prius laudatur, quàm reprehenditur, sed rursus post reprehensionis admonitionem, & comminationem laudatur illis verbis. *sed haec habes quia ovis facta Nicolaitarum quae & ego edo.* Itaque Christus reprehensionis amaritudinem, ne nimis offenderet, collaudationis dulcedine circumliniuit, magnum & imitandum magisterium spiritus Dei, corripere quidem, quae emendationem indigent, sed inter corripendum, & prius & posterius collaudare si quae bene dicta sunt, vel acta ab eodem qui in alijs corripitur, quatenus quoad fieri potest teneatur benevolus, & non refugiat confusus, aut exteritus audire non sustinens peccatoris animus, id quod praestitit Samaritanus ille, qui eius, qui incidit in latrones, vulneribus non solum mordax vinum, sed etiam lene oleum infudit.

Tertidò. Primum quod in Angelo seu Episcopo Ephesi laudatur, est labor. *scio, inquit, laborem tuum, quem videlicet sustines in administratione Episcopatus, & quia non satis est labores ferre, nisi patienter tolerantur, additur. Et patientiam commendatur in Episcopo.* Rectè autem patientia in Episcopo commendatur, ne videlicet succumbat laboribus ac molestiis, quae in Ecclesiastica administratione deesse non possunt, vnde animalia illa Ezechielis, quae Galfridius apud Sixtum Senensem libro 2. suae Bibliothecae typum fuisse praetorum existimavit, faciem etiam bovis habebant, ad hoc ipsum significandum. Est enim bos laboriosum animal, & laboris patiens. Patientiam citharam appellavit Augustinus in illud Psalmi. 42. *Constitetur tibi in cithara Deus, Deus meus: Quid est, inquit Augustinus, in cithara confiteri, & in psalterio? utrumque organum manibus percutitur & tangitur, sed psalterium de superiori parte habet testudinem, illud scilicet tympanum, & concavum lignum, cui chordae innitentes resonant; cithara vero idem lignum concavum, & sonorum ex inferiori parte habet. Quando igitur ex praeceptis Dei aliquid facinus & non patimur, psalterium est; ex Augustini. faciunt enim ita & Angeli, cum aliquid autem patimur tribulationum, quia non pati-*

1. ad Cor. 11. *Patientia commendatur in Episcopo.* Galfridius.

Augustinus. *Psalm. 42. 4.* *Citharizat, qui patitur, ex Augustini.*

mur nisi ex ^{infirmitate} infirmitate parte, id est, ex eo quod mortales sumus, cithara est, cantamus & cithari-
 zamus, sic ^{cu} dicebat Apostolus ad Rom. 5. *Gloriamur in tribulationibus, cithara*
 sonabat, ex ^{infirmitate} infirmitate quidem parte, sed tamen dulciter, omnis enim patientia dulcis est Deo,
 si autem in ^{tribulationibus} tribulationibus defeceris, citharam fregisti. Hac Augustinus. Non fran-
 g ebat san- ^{patientia} patientia citharam Paulus, qui dicebat 1. Corinthior. 4. *Maledicimur, & benedicimur,*
 & persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus, tan-
 quam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsima ^{assue} assue ad huc. Quo loco
 imprimis adverte, illud purgamenta huius mundi, significare, sanctos haberi à ma-
 lis, & sceleratis hominibus, tanquam faeces, & immundicias huius mundi, qui-
 bus videlicet de medio sublatis putant mundum purgari, quasi purgamentis, &
 faecibus è domo cum verritur ciecitis. Deinde emphasim habet illud *omnium*
peripsima, est autem ⁱⁿ in *intra* Græcè vel pulvis quem calcamus, vel solea sup-
 pactum corium, vel illud quod in mare iactatur, ut nauis sit incolumis, vel reti-
 culum quo ludentes subtergunt, quibusdam omnis scoria, alijs omne illud,
 quod apud nos nauis, & nihil est, velut quisquiliar, vel certe omne ramentum, &
 quicquid limando deterritur, & *intra* enim radere, & limare significat: deni-
 que dici omne illud poterit, quod pedibus calcamus: talis igitur cum putaretur
 à sceleratis, & improbis hominibus Apostolus, patienter eam de se existimatio-
 nem, & reliquas omnes persecutiones tolerabat, nec in medio laborum positus
 unquam patientiæ citharam deposuit, nedum fregit.

Ad Rom. 5. 3.
 Citharam
 frangit, qui
 tribulationi-
 bus deficit.
 1. Cor. 4. 12.

Sancti habentur à malis tanquàm mundici faeces.

Pauli patientia.

Zelus Ephesini Episcopi laudatur illis verbis: *Et quia non potes sustinere malos.*

SECTIO III.

LAUDATUR etiam zelus Episcopi Ephesini, quo diuinam gloriam quærebat, cum dicitur. *Et quia non potes sustinere malos, iuxta illud Psalm. 68. Zelus domus sue comedit me,* Aduerte autem non laudari hic Episcopum Ephesi, quod iniurias sibi à prauis hominibus illatas ferre non posset, sed quod eorum peccata non dissimularet, quin potius pro ratione officij acertimè insecraretur, id quod ad Prælatorum munus præcipuè pertinet. Vnde ad Ezechielem dictum est capite 3. *Ecce dedi faciem tuam valentiorẽ faciebũ eorum, & frontem tuam duriorẽ frontibus eorum, vt adamantem, & vt silecem dedi faciem tuam.* In quem locum D. Hieronymus docet gratiæ esse aliquando impudentiæ improborum hominum resistere, & frontem fronte contere. Et D. Gregor. homil. 10. super Ezechielem, ille, inquit, esse veritatis defensor debet, qui quod rectè sensit, loqui nec metuit, nec erubescit. Zelum hunc se habere fatebatur Helias, cum respondebat Domino 3. Regum 19. *Zelus zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliqui vni pactum Domini filij Israël, altaria eua destruxerunt, & effectumque eius zeli demonstraui, cum Prophetas Baal interfecit. 3. Regum 18.* Elegantem huius rei figuram habes apud Ezechielem cap. 7. ubi iubetur Prophetæ lumere sartaginei ferræam, & ponere illam in star mari ferræi inter se, & ciuitatem depictam in latere, & obfirmare faciem aduersus ciuitatem, hoc est, urbem Hierosolymitanam in illo latere depictam, vultu irato, & minaci aspice, quod exponens D. Gregorius homil. 12. super Ezechielem. Docet per sartaginei in qua eribus frigitur, significari zelum, quo Prælati & Doctores animus frigitur, cum aliquos videt æterna deserere, & rebus temporalibus delectari. Quo sensu dicebat 2. ad Corint. 11. *Quis infirmatur, & ego non in-*

Subditorum vna infestatur Prælati.
 Ezech. 3. 8.
 D. Hieron.
 D. Gregor.

3. Reg. 19.
 10. 141
 Helie zelus.
 3. Reg. 18.
 Ezech. 7. 4.

D. Gregorius Prælati animus frigitur.
 2. ad Cor. 11.



Cor Pauli a- firmor? Quis scandalizatur, & ego non vrer? Ipse suum cor, inquit Gregorius, quod ani-
marum z- marum z elo succenderat, sartagine fecerat, in quo amore virtutum con-
lo succensum. Huc pertinet illud 2. Petri 2. quod Petrus de Lot sanctissimo di-
2. Petr. 2. 7. oppressum a scandalorum iniuria, ac luxuriosa conuersatione eripuit, aspectu
Lot sanctitas iustus erat. Quibus postremis verbis, quantum Lot Sodomitarum
& zelus. diuini honore zelo, cruciaretur, explicauit Apostolus, significat enim illum, cum
 oculorum, auriumque puritate prestatet, ab omni turpitudine abhorreret,
 grauiter discruciatum fuisse, quod viuens inter scelestos illos, nefarioque vitos
 cogeretur quotidie videre & audire nefanda illa facinora, que per summam in-
 pudentiam contra Deum committebantur, hoc enim est, aspectu & auditu iustum
 esse: quod adhuc magis explicatur, cum subiungitur, *Habitans apud eos, qui de*
die in diem animam iustam iniustus operibus cruciabant.

II.

Quantum vero hic zelus, quo sancta mentes friguntur, Deo sit gratus, ostendi
 potest ex 6. capite Leuitici, vbi similia in sartagine oleo conspersa frigitur, & of-
 fertur calida in odorem suauissimum Domino. Similia enim in sartagine frigitur,
 cum mens iusti per zelum sancti amoris crematur, que conspergi oleo precepi-
 tur, id est charitati & misericordie misceri, que in conspectu Dei ardet, & lucescit,
 amat enim vir iustus eundem ipsum, quem insequi videtur, vnde & calida offerri
 precepitur, quia si amorem zelus non habet, similia, que de sartagine offertur, ca-
 lorem amittit. Obscurare autem faciem aduersus ciuitatem, est clementiorem se
 non ostendere ad eos, qui corrigi negligunt, iuxta illud Ecclesiastici 7. *Filie tibi*
sunt, serua corpus illarum, & non ostendas faciem tuam ad illas. Legendus est etiam D.
 Ambrosius sermone 18. in Psalm. 118. in illa verba. *T abescere me fecit zelus meus, quia*
obliti sunt verba tua inimici mei. Vbi zelum Phines expendit, de quo dixit Domi-
 nus. Numerorum 25. *Phines filius Eleazari seruauit furorem meum, eo quod amulatus est*
zelum meum: ecce ego do illi testamentum pacis, &c. Additque ibi D. Ambrosius eos,
 qui zelum habent, omnes sibi inimicos putare, qui sunt hostes Dei iuxta illud
 Psalm. 138. *Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? per-*
fecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Vbi aduerte illud, *perfecto odio oderam*
 illos, dupliciter posse exponi, vno modo, vt perfectum odium idem sit, quod ca-
 pitale, & maximum. Altero, vt illud dicatur odium perfectum, quod vitia, non
 naturam persequitur: & quod zelo aduersus ipsam improbitatem, non autem
 ex vltionis & vindictae affectu, & cupiditate oritur. Ad vtrumque enim sensum
 referri potest, quod est Hebraice *perfectio odij*, posteriorem expositionem se-
 quitur Theodoretus, & D. Augustinus. *Oderam, inquit, in eis iniquitates eorum,*
diligebam conditionem tuam. Hoc enim est perfectio odij, vt nec propter vi-
 tia homines oderis, nec vitia propter homines diligas.

III.

Eodem modo exponit Diuus Gregorius 3. part. Pastoralis curae, admonit.
 23. *Inimicos, inquit, Dei perfecti odio odisse est, & quod facti sunt diligere, & quod faci-*
unt, increpare. Itaque tantus propheta hoc velut in hostiam Deo obtulit, quod contra
se pro Domini prauorum inimicitia excitauit: sequitur enim, & inimici facti sunt
mibi. Hinc est quod tribus Leuitica assumptis gladijs per castrorum media transiens,
quia ferendis noluit peccatoribus parcere, dicta est manus Deo consecrasset. Exodi 32.
Hinc per semetipsam veritas dicit Matth. 10. Quid putatis, quia pacem veni mittere
in terram? non veni pacem mittere, sed gladium. Deinde monet omnes Grego-
rius, vt eandem pacem dilectione integra inuicem teneant, quam per inuicem
uocis extrinsecus turbant, quod vtrumque se testatur seruasse Regius vates, cum ait Psalm.
119. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant
me gratis.

gna me gratis. Ecce loquens impugnabatur, sed tamen impugnatus, erat pacificus, quia Psalm. 119. 7
 nec inaniens cessabat reprehendere, nec reprehensus negligebat amare: idcirco etiam Pau- Amet quos
 lus ait ad Romanos 12. Si fieri potest quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem ha- rephendit
 bentes: hortaturus enim fideles, ut pacem cum omnibus haberent, promisit, dicens si fieri po- pralati.
 test, & subiunxit, quod ex vobis est. Difficile quippe erat, ut si male acta corripere, habere Ad Rom. 12.
 pacem cum omnibus possent, rectè itaque ait quod ex vobis est: ac si dicat, quia pax ex diuantes.
 partium consensu subsistit, si ab eis qui corripuntur, expellitur, integrà tamen in vestra, na-
 corripitis, mente teneatur. Unde 2. ad Thessalonicens. 3. Si quis non obedit verbo nostro per 2. ad Thess.
 pistola, hunc notate, & non commisceamini cum illo, ut confundatur, & statim subdit: & no- 3. 14.
 lite ut inimicum existimare illum, sed corripite ut fratrem: quasi dicat, pacem cum eo exterio-
 rem soluite, sed interiorum circa illum medullitus custodite. Hactenus Gregorius.

Tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt: & quod prælati
 subditorum virtutem probare
 debeant.

SECTIO III.

In laudem Angeli Ephesini dicitur: Tentasti eos, qui se dicunt Apostolos esse, & I.
 non sunt, & inuenisti eos mendaces. Non satis est Episcopo non posse sustine-
 re aperte malos, sed præterea debet simulatam nonnullorum sanctitatem
 tentare, & probare: horum enim malitia, tantò est periculosior, quantò oc-
 cultior. Itaque non posse sustinere manifestè malos ad zelum spectat, ut di-
 ximus: tentare autem eos qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, ad cautelam
 prudentiæ pertinet. Quod verò ad historiam attinet, surrexerunt eo tempore
 Ephesi pseudoapostoli, quos Ioannes 1. sua Canonica cap. 2. & 4. Antichristos
 appellat, in quibus erant Ebion, Cherinthus, & Valentinus: quorum vide- 1. Ioan. 2. &
 tur meminisse Paulus 2. ad Corinth. 11. cum ait: Eiusmodi pseudoapostoli operarij 4.
 subdoli transfigurantes se in Apostolos Christi. Hi enim tum doctrinæ, tum san- Ebion, Che-
 ctitatis simulatione sese malitiose insinuabant, & Ecclesiæ tum doctrinam, tum ritibus, Va-
 sanctitatem furim sub speculo Apostolorum nomine, destruere moliebantur; lentinus, pseu-
 hos igitur dicitur Ephesi Episcopus tentasse, & tum doctrina, tum vita menda- doapostoli.
 ces inuenisse. 2. ad Cor. 11. 13.

Illud hoc loco est obseruandum ad prælati officium pertinere, virtutem II.
 suorum probare, verà-ne sit ac simulata, id quod Dominus conceptis ver- Probandi à
 bis dixit ad Hierem. cap. 6. Probatores dedi te in populo meo, robustum, & prælato sub-
 scies, & probabis viam eorum: omnes isti principes declinantes, ambulantes frau- dui.
 dulenter, as & ferrum, vniuersi corrupti sunt: defecit sufflatorium, in igne consum- Hierem. 6.
 ptum est plumbum, frustra gongisauit confiator: malitiæ enim eorum non sunt consum- 27.
 ptæ. Argentem reprobam vocare eos, quia Dominus proiecit illos. In quem locum Rabb Mauro.
 aduerte dum est, primò cum Rabbano Mauro, pro eo quod nos habemus ro- Varia He-
 bustum, esse in Hebræo מִכְסָּף Michsaf, quod nomen vel munus juxta A qui- brasci non-
 lam, vel clausum atque circumdatum iuxta Symmachum, & Septuaginta, instar ni interpre-
 nimirum vrbs fortissima, ut nullas populi pertimescat infidias, vbi imprimis tatio.
 vides Hieremiam appellari probatorum populi, quasi alicuius metalli, vtrum vi-
 delicet verum sit, an adalcerinum. Deinde significari populi illius malitiam, qui
 nulla ratione purgari potuit: hoc enim indicat illud, Malitiæ eorum non sunt

D Thom.
Ludorum
malitia non
consumitur.

consumpta. In quem locum Divus Thom. Argentum, inquit, admistum plumbo in fornace ponitur, & sustinente argentario faeces consumuntur, argentum purgatur, & plumbum minuitur. Ipsi autem positi in fornace tribulationis, consumptis malis quasi plumbo non sunt correcti, Unde subditur: frustra conflavit conflator. Pro cuius loci maiori expositione sciendum est, cum metalla sunt adulterata alienae materiae permixtione, dicitur eis plumbum misceri, ut in conflatione faeces fecerantur: plumbum enim metallum purgat, faeces ab eo separans. Unde plerique, in quibus est Hugo

Hugo Card.
Humanitas
Christi in
passione plū-
bo comparatur.

Cardinalis allegoricè hunc locum exponentes aiunt, humanitatem Christi per plumbum designari, quae in fornace passionis consumpta est, ut omnes peccatorum faeces à nobis separaret, & tamen iure optimo conqueri potest, quod malitia non sunt consumpta, & quod frustra conflator conflaverit, eo quod pauci purgati fuerint. Qua de re ipse per Esaiam conqueritur cap. 49. In vacuum laboravi, sine causa consumpsi fortitudinem meam.

III.
Prelatus sub-
ditorum probator,
& conflator.

Sed ut ad institutum revertamur, ex loco Hieremiae citato exploratum habemus, Episcopum, & Praelatum probatorem, & conflatorem appellari subditorum, quia nimirum eos ut metalla in probatorum fornace debet tentare, num verum sint, probatumque argentum, an potius adulterinum, etenim interdum accidit, ut qui argentum videbantur, in scoria totum abeant, sicut isti pseudoapostoli, qui Apostoli videbantur, & non erant, quod etiam reperisse testatur Dominus in Iudaico populo Ezechiel. 22. Versa est mihi domus Israel in scoriam, omnes isti as & stannum, & ferrum, & plumbum in medium fornacis scoria argenti facti sunt. De hoc etiam argumento differit Divus Gregorius 2. parte. Pastoralis curae cap. 10. Nonnulla, inquit, prelati sunt subtiliter, & occultè perferenda, ut

Ezech. 22. 18
Populus Iudaicus, scoria.

quibusdam signis erumpentibus Rector in subditorum mente, omne quod clausum latet, inveniatur. Unde rectè ad Ezechielem dicitur cap. 8. Fide hominis fide tibi parietem, & ingredi, & vide abominaciones pessimas, quas isti faciunt: & ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium abominatio, & universa idola domus Israel depicta erant in pariete. Per Ezechielem, inquit, prepositorum ordo significatur: per parietem durities subditorum. Quid ergo est in pariete foramen facere, nisi acutus inquisitionibus duritiam cordis aperire, quasi vero ingreditur, ut abominaciones aspiciat, quae discussis quibusdam signis exterius apparentibus, ita corda subditorum penetrat, ut cuncta ei, quae illicite cogitantur, innotescant. In reptilibus cogitationes omnino terra significantur: in animalibus vero iam quidem aliquantulum à terra suspensa, sed adhuc terrena mercedis premia requirentes: universa vero idola domus Israel depicta erant in pariete, quia dum exteriorum rerum intrinsecum species atrahuntur, quasi in corde pingitur, quicquid fidei imaginibus quasi deliberando cogitatur.

D. Gregor.
Ezech. 8. 8.
Subditorum
etiam cogitationes innotescant pre-
lato.

De Episcopi Ephesini patientia.

SECTIO. V.

I.
Rich. de S.
Vitt.

Commendatur eius patientia, cum dicitur: Et patientiam habes. Primum in persecutionibus propter iustitiam ferendis, ut exposit Rich. de S. Victore. Secundo, in sustinendo labore disputationum contra falsa pseudoapostolorum dogmata, ut vult Rupertus. Tertio, ut alij in illis diu expectandis ad poenitentiam, quae est creberrima patientia in sacris literis acceptio, & huic loco valde consentanea, ut Matth. 18. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Et ad Rom. 2. An diuitias bonitatis eius, & patientiae, & longanimitatis contemnis? Hoc sensu dicitur Deus in sacris literis patiens, ut Esaiæ 42. Tacui, semper silius, patiens fui, sicut

Rupertus
Matth. 18.
26. 29.

Ad Ro. 2. 4
Isai. 42. 14

fui, sicut parturienti loquar. Et Ioelis 2. *Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia* Ioel 2. 17.
benignus, & misericors est, pater, & multa misericordia, & prestabilis super malitia. Et
 Nahum 1. *Dominus pater, & magnus fortitudine.* Quo loco *patiens* est Hebraice
Erecapaim, id est, *latus naribus*, Graece *μακροθυμος*, id est, *longanimis*, Chaldaice,
lingē propellens iram, quibus omnibus verbis significatur diuina patientia. Etenim
 qui angustiis sunt naribus, citius fumos concipiunt ex cordis actu ascendentis,
 & cum impetu efflant, propter meatuum angustias: at verò quo latiora sunt na-
 rum foramina, eo plus frigidi aeris concipitur ad refrigerandum cor, cuiusmodi
 quoque homines sunt natura placidiores, atque adeo patientiores. Hæc patientia di-
 cuntur Romani imperium orbis obtinuisse, quemadmodum legimus i. Mach.
 aborum 8. *Possederunt omnem locum consilio suo, & patientia.* Vbi Graecè quemad-
 modum iam diximus, pro *patientia* est *μακροθυμία*, id est, *longanimitate*, quod
 quamuis Glossa interpretetur de tolerantia laborum, qui in bello ferantur, ne-
 cesse est: possumus tamen per macrothyiam eam longanimitatem intelligere,
 qua Romani sic feriebant Reges, rebellēque populos, vt eos non statim peni-
 tus destruerent, sed ad faciendam vltimam deditiōem generosè expectarent. De
 hac etiam patientia accipi illud potest, quod dicitur Prouerborum 14. *Qui pa-*
tens est, multa gubernatur sapientia, qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam:
 seu, vt habent Septuaginta, *Patiens vir multus in prudentia, at impatiens foris stul-*
tus. Quo loco pro *patiens*, est Graecè *μακροθυμος*, id est, *longanimis*, pro *impa-*
tiens verò *ὀλιγοθυμος*, id est, vt ita loquamur, *angustanimis*. Hebraicè est, *qui*
brevi est spiritus. Illud verò quod subiungitur, *exaltat stultitiam suam*, hunc sensum
 efficit, stultitiam suam manifestam facit, quod enim in sublimi tollitur, omnibus
 fit conspicuum, aut *exaltat stultitiam suam*, id est, magnam ostendit stultitiam.
 Igitur hoc loco commendatur Episcopus Ephesi, non solum quod pater laborum
 fuerit, sed etiam quod longanimis in sustinendis, & expectandis pecca-
 toribus ad penitentiam, quæ virtus maximè est in quolibet principe, & prae-
 lato necessaria, vt patientia sua, & longanimitate subditos etiam feroces & re-
 belles conetur dissimulando, & expectando emollire, & quodammodo cicura-
 re. Id quod ipsius Dei exemplo, prælati commendat Diuus Gregorius 2. par.
 Pastoralis curæ, cap. 10. exponens illud Esaiæ 57. *Mentita es, & mei non es recordata:*
neque cogitasti in corde tuo, quia ego tacens, & quasi non videns. In quem locum hæc
 habet Gregorius. *Dissimulauit ergo culpas, & indicauit, quia & contra peccantem*
tacuit, & hoc ipsum tamen quia tacuerit dixit, nonnulla enim vel apertè cognita mature
toleranda sunt, cum videlicet rerum minime opportunitas congruit, vt apertè corrigantur:
nam secta immaturè vulnera deterius inferunt, sed cum tempus subditis ad correptionem
queritur sub ipso culparum pondere patientia prælati exerceatur. Vnde bene per Psalmi-
stam dicitur Psalm. 128. supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. In dorso quippe
oneria sustinemus, supra dorsum igitur suum fabricassent peccatores conqueritur: ac si apertè
dicas, quos corrigere nequeas, quasi superimpositum onus porto.

1. Mach. 8.3.
Patientia
imperium et
obtinuerunt Romani.
Glossa.
Prou. 14. 26.
Commenda-
tur Ephefi
Episcopus a
longanimitate.
D. Gregor.
Esai. 57. 11.
Subditorum
defectus ab-
quando mu-
tare toleranda
Psalm. 128. 4.

IEGAS
 IN
 POCALY
 17

Commendatur Ephesi Angelus, quod Nicolaitarum facta oderit.

SECTIO VI.

Commendatur postremo Episcopus Ephesinus, quod oderis facta Nicolaitarum, illis verbis: *Sed hoc habes quod odisti factis. Nicolaitarum, quæ & eorum sunt.*



quod ut intelligatur, sciendum est Nicolaum vnum fuisse ex septem illis Diaconis plenis Spiritu sancto, & sapientia, quos Apostoli elegerunt, & consecrarunt, ut pauperum curam haberent, quemadmodum refertur Actuum 6. Hic igitur Nicolaus desinit ab Ecclesia, & in turpissimas lapsus est hæreses, ut referunt Irenæus lib. 1. aduersus hæreses, cap. 27. Tertullianus libro de Præscriptionibus aduersus hæreticos, D. Hilarius canone 25. in Matthæum, Epiphanius hæresi 25. & D. Hieronymus in epistola ad Heliodorum de laude vitæ solitaria: *Nicolaum, inquit, respice, quem Dominus in Apocalypsi sua damnat sententia, qui tam turpia, & nefanda commentus est, ut Nicolaitarum hæresis ex illa radice nascatur: cuius mutatus nis occasionem eam tradit Epiphanius loco citato. Quod videlicet cum ordinatus Diaconus ab vxore, quam pulchram habebat, sese continuisset, postea tamen à concupiscentia superatus ad eam iterum reuertit: propter quod cum reprehenderetur ab Apostolis, turpem hæresim excogitauit: necessarium videlicet esse ad salutem libidini operam dare. Alij apud Clementem Alexandrinum libro tertio Stromatum aiunt, cum Nicolaus pulchram haberet vxorem, eique ab Apostolis fuisset obiecta zelotypia, in melium adducta muliere permisisse, ut cui vellet nuberet, tunc multos eius factam, & dictum absolute interpretantes dixisse, licitum esse impudenter, & effuse fornicari. Quanquam Clemens eo loco innuit Nicolaum culpæ vacasse, quod etiam approbat Eusebius Casariensis libro tertio historia Ecclesiastica, cap. 23. & Theodoretus libro tertio de fabulis hæreticorum, id quod etiam insinuat D. Ignatius in epistola ad Trallianos, & in epistola ad Philadelphios: imo Nicolaum ut vitum probatæ fidei, auctum honore ab Apostolis, Samaritanorumque Episcopum creatum testantur Hippolytus, cuius refertur liber de Septuaginta duobus discipulis, & Dorotheus in Synopi, ut nimirum, non videatur improbabile Nicolaitarum nomenclaturam, solo specioso prætextu à Nicolao ortam esse: in quæ Nicolaitæ hæretici originem suam referre conati sint ob aliquam hæresin notam, quæ propter vxoris zelotypiam illi per speciem affingi potuerit, quamquam D. Hieronymus loco proxime citato discretè testatur Nicolaum turpia quadam, ac nefanda asseruisse. Verum quicquid sit de Nicolao, illud certum est Nicolaitas hæreticos fuisse insignes. Primum enim negarunt diuinitatem Christi, quemadmodum auctor est D. Ignatius epist. 9. & Irenæus libro tertio contra hæreses, cap. 11. quos videtur notasse Iudas Apostolus, cum ait: *Subintroierunt quidam homines, qui olim præscripti sunt ad hoc iudicium, impij: Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes.* Deinde asseruerunt licitum esse fornicari, ut affirmat Diuus Ignatius loco citato: addens eisdem beatitudinem in voluptate collocasse. Denique Irenæus ibidem tradit eos præter fornicandi licentiam, nulla habita distinctione idololatra, ut gentes comedere consueuisse, Caterum Nicolaitæ, ut affirmat Eusebius eodem loco modico tempore durarunt, pertasque falsi Nicolaitarum nomini, pulcherrimo nomine se Gnosticos appellarunt. Tandem more hæreticorum à seipso dissidentes, nouaque hæresim monstra excogitantes, non tantum Gnostici dicebantur, sed etiam Phibionitæ, Stratiotici, Leuitici, Barbonitæ. Qua de re legendus est Epiphanius in suo Panario hæresi vigesima quinta. Diuus Augustinus libro de hæresibus, capite quinto, & ex recentioribus Cæsar Baron. doctus & diligens auctor in suis annalibus Ecclesiasticis, anno Christi sexagesimo octauo. Quod igitur huiusmodi hæreticos Episcopus Ephesus detestaretur, commendatur hoc loco. Est enim Episcopi proprium cum hæreticis bellum gerere, eosque omni-*

nino

Astor. 6.
Nicolai Diaconi lapsus.
Irenæus.
Tertull.
D. Basilus.
Epiphanius.
D. Hieron.

Euseb. Casariensis lapsus occasio.

Clem. Alex.

Euseb. Casariensis.
Theodor.
D. Ignat.

Hippolytus.
Dorotheus.

D. Hieronymus

Nicolaitæ.
Nicolaitæ hæretici insignes.

D. Ignatius.
Irenæus.

D. Ignatius.
D. Irenæus.

Eorundem turpis hæresis.

Nicolaitarum varia nomina.

Epiphanius.
D. Augustinus.
Cæsar. Baron.

nino execrari. Simul etiam iudicatur eius castitas, cum Nicolaitarum facta, in quibus præcipua erat turpitudine, execraretur, quæ Deus etiam dicitur odisse, eò quòd maximè libidinem detestetur. Ephesinet f. epi castita.

Quanam sint illa, de quibus Christus cum Episcopo Ephesi ex-
stulatur, cum dicitur, *Sed habeo aduersum te pauca, quòd cha-
ritatem tuam primam reliquisti.*

SECTIO VII.

Hæc est secunda epistolæ pars, quæ reprehensionem continet illis verbis cõ-
prehensam. *Sed habeo aduersum te pauca, quòd charitatem tuam primam reliquisti.*
Quamquam pauca non habet Græcus contextus, nec legit Arethas, nec verò le-
gendum iam est. Quod idem in editione Vaticana Sixti quinti pontificis maximi
iussu recognita, atque edita, ea vox expuncta est. Quod verò attinet ad literalem
sensum, plerique existimantes sermonem hîc esse de amissione charitatis per le-
thalem culpam, quã tam non voluit agnoscere in hoc episcopo Ephesino, quem vi-
delicet paulò ante Christus mirificis laudibus extulerat, in quibus illa est præci-
pua, quòd non defecisset, aiunt dici hoc loco reliquisse *charitatem*, non in sua ip-
sius persona, sed in subditis, hisque non omnibus, sed plurimis, quam expositio-
nem tuentur Beda, Primasius, Ambrosius Ansbertus. Cæterum extorta plane
est, à contextu literæ non medio critere abhorrens, cum eodem tenore, & oratio-
nis nexu laudes, & reprehensio episcopi contineantur, vt vel neutrum, vel vtrum-
que ad eandem Ephesini Angeli personam referendum sit. Præterea illud, quod
in comminatione subiungitur, *sin minus venio tibi cito, & mouebo candelabrum tuum
de loco suo*, planè indicat cum ipsa episcopi persona sermonem esse, quippe quem,
nisi pœnitentiam agat, episcopatu amouendum Christus enunciat. Igitur ad
personam episcopi hæc omnia referenda sunt, tunc verò pro certo statuendum
est, hunc episcopum non amisisse charitatem, sed de charitatis feruore non nihil
remisisse, quod vel ex iplo contextu videtur perspicuum: nec enim dicitur, *quòd
charitatem reliquerit*, sed *quòd charitatem primam*, & paulò inferiùs prima opera iu-
betur facere, ex quo argumentatur Richardus de sancto Victore, hunc episco-
pum in gratia quidem accepta perstitisse, sed nimis securè vixisse, quædamque
oseitanter egisse, itaque à culmine perfectionis ad inferiorem virtutis gradum
per incuriam delapsum fuisse. Eiusdemque sententia sunt Arethas, Ioachimus,
Lyranus, Pannonius, Hugo Cardinalis, & Dionysius Carthusianus: nec verò a-
liud videtur sentiendum de episcopo honoris diuini zelo inflammato, laboris-
que, & persecutionum, in quibus non defecisse prædicatur, patientissimo, præ-
cipuè verò si is Timotheus fuit Pauli discipulus, ei que charissimus, quod non
esse improbabile superiùs indicauimus.

Iam illud quaeres, quanam fuerit ea negligentia, cuius arguitur. Richardus
geneciatim loquitur, Hugo Cardinalis existimat in eo positam fuisse, quòd vi-
dens parum se suò concionibus proficere propter perditorum hominum per-
uicaciam concionandi curam ex parte abiicisse. Denique Arethas in eo pec-
casse arbitratur, quòd eleemosynas minuisset, & parum iam cum pauperibus,
& indigentibus de suis facultatibus insumeret: itaque cum antea hic episco-
pus per eleemosynam efflourisset, iam tunc relicto eleemosynarum facien-

I.

*Beda, Pri-
mas.
Amb. Anib.
Prima sen-
tentia, qua
reicitur.*

*Remisit de
charitate E-
piscopus E-
phesi, non a-
misit.*

Richar. Vict.

*Arethas.
Ioachimus.
Lyran.
Pannon.*

*Hugo Card.
Dion. Carth.*

II.

*Quam fuen-
it negligen-
tia, cum ar-
guitur epis-
copus.
Richardus.
Hugo.
Areth.*

Eleemosyna
flor.
Philipp. 4. 10.
darum studio, quodammodo aruerat: florem enim appellari eleemosynam, ostendit ad litteram locus ille ad Philipp. 4. ubi Paulus de Philippiensium eleemosynis agens, *Gaudisus sum, inquit, in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando reflorescitis pro me vivere, sicut sentiebatis, occupati autem eratis, non quasi propter penuriam dico, ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse, scio & humiliari, scio & abundare ubique, & in omnibus instructus sum, satiari, & finire, & abundare, & penuriam pati, omnia profusum in eo, qui me confortat.* Ex quibus verbis manifeste colligitur illud, reflorescitis, ad eleemosynam esse referendum: unde Hieronymus in comment. sic locum explanat, *Iteum florem boni operis recepistis, qui mei immemores, occupatione, non voluntate arefacti fueratis effecti.* Et D. Ambrosius, *Horam, inquit, alacritatem pro penuriam factam ostendit, quia in quo negligentiores facti fuerant, adhibita silentia opus pristinum iterarunt, memores facti Apostoli scilicet, ut fructus suos ad eum mitterent, condendos in horreo celesti.* Ad hunc igitur modum vult Arethas hunc episcopum, deposito eleemosynarum studio quodammodo aruisse.

III.

Triden. Syn.
Tenantur
prelati per
se ipsos Euan-
gelium pra-
dicare.
Rom. 15. 15.
D. August.
Evangeli-
predicatio
victimam Deo
gratissima.
Res est eiusmodi, ut certo definiti non possit, quantum cuiusque negligentiae accusari merito poterit. Nam quod atinet ad conuocandi laborem, praecipuum id esse episcoporum munus declarat Tridentina Synodus sessione 5. cap. 2. Vbi etiam decernit omnes Episcopos, Archiepiscopos, Primates, reliquosque prelatos Ecclesiarum teneri per se ipsos, si legitime impediti non fuerint, ad Euangelium praedicandum. Quod ministerium quam sublimis sit, Deoque acceptum, explicauit Paulus ad Romanos 15. cum dixit. *Propter gratiam, qua data est mihi a Deo, ut sim minister Christi Iesu in gentibus sanctificans Euangelium Dei, ut, per oblationem gentium accepta, & sanctificata in spiritu sancto.* Pro sanctificans, habetur Graece *επιπροσδυνα*, id est fungentem administratione sacerdotum; pro quo D. August. libello, in quo nonnulla explicat in epist. ad Rom. legit *consecrans*. Significat verò Paulus praedicationem Euangelij esse quasi victimam Deo gratissimam, quam concionator tanquam antistes sacrorum Deo litat: aut potius ipsam conuersionem, quae per praedicationem fit, esse hostiam Deo maxime acceptam, quam illi praedicator sacrificat, unde sequitur, *ut fiat oblatio gentium accepta, & sanctificata.* Quid verò sublimius ac praestantius, imò & Deo ipsi gratius, quam per Euangelij praedicationem, animasque ad fidem, siue ad gratiam conuerlas, illi quodammodo tanquam victimam sacrificare? Nec verò quod pauci, aut nulli conuertantur, partem hanc deserere episcopus debet, quemadmodum deseruit Ephesi Angelus, ut interpretatus est Hugo, sicut rectè argumentatur D. Chrysostomus concione 1. de Lazaro, ac Diuite. Primò, exemplo fontium, *Aquarum enim, inquit, vena, etiam si nullus veniat aquatum, manant tamen, & fontes, quamuis hauriat nemo, scatebras emittunt.* Secundò, ex eo quod Hieremiae accidit cap. 20. Nam cum desistere cogitaret à vaticinijs inculcandis, eò quod ab omnibus rideretur, tamen ad praedicandi munus iterum Deo impellente reuertitur, quemadmodum ipse testatur illis verbis, *Factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me, quia iam olim liquor, vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito, & dixi non recordabor eius, neque loquar ultra in nomine illius (id est Dei,) Deinde subiungit, & factus est in corde meo quasi ignis exarsuans, claususque in ostibus meis, & defeci ferrè non sustipens, quibus postremis verbis significatur eum ad praedicandum fuisse rursus à Deo compulsus, ut eò loco exponit D. Thomas. Tertiò, exemplo Christi, qui cum cetero sciret Iudam proditorem haud quaquam conuertendum, nunquam eius ad conuocandi culpam neglexit. Quartò, quia et si nullus conuertatur, boni tamen redduntur meliores. Denique, quia et si malus ea vice non conuertatur, poterit tamen postea fortasse conuerti. Quare merito*

meritū Paulus 2. ad Timoch. 4. Timotheum ad concionandi munus assidue
 exercendum adhortatur. *Prædica verbum, infra opportune, importune, (id est assi-*
*due) argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina: erit enim tempus curi-
 nam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes au-*
ribus, &c. ubi oditor aduerte illud, prurientes aures, non esse corrigendum cum
magistros, sed ita vertendum contextum, ipsi prurientes aures coaceruabunt sibi ma-
gistros conuenientes, qui sibi aures prurientes ut illent, & scalpant voluptatis, &
adulationis lenocinijs: qui sensus patet ex Græco contextu: legimus enim, ἐπι-
πυροῦσθε: ἰδὲ ἀργεῖ λῶς κενθόμενοι τῶ ἀνολεῖ, id est coaceruabunt magistros ipse
prurientes aures.

Quod verò attinet ad pauperum curam, vsque adeo ea est Episcopi pro-
 pria, vt et propter leuissimam in eo genere oscitantiam, merito Ephesi Ange-
 lus acerrimè increpauit debuerit, quæ de re legendus est Syluester Papa primus in
 Concilio Romano, Canone 4. Gelasius 1. apud Gratianum 12. qua. 2. capit.
 Quatuor cõcil. Cap. 4. Canone 15. & 17. & Arelatense, Canone 6. vnde Pau-
 lus 1. ad Timotheum 3. & Titum 1. docet Episcopum debere esse hospitalem:
 in cuius rei figuram dicitur 3. Regum 6. Ostia Sancti Sanctorum fuisse de lignis
 oliuarum. Etenim Sancti Sanctorum ostia sunt prelati, per quos tanquam per
 ostia in calum ingrediuntur, quæ debent esse ex lignis oliuarum, id est, ostia mi-
 sericordiarum, & compassionum, quæ per oliuum designantur, id quod etiam mysticè
 fuit expressum in duobus illis Cherubim, quos Rex Salomon in templo cõlo-
 cauit, qui etiam erant de lignis oliuarum auro tecti, vt habetur 2. Paralipome-
 non 3. cum illi alij Cheruim, quos Moyses ex mandato Domini efformauit, ex
 auro solido fuerint. Exod. 25. Vsq̃ue aded verò prelati studiosi esse debent
 elemosynas largiendi, vt eo ipso quod eius famuli per urbem discurrunt, si nes-
 ciat, quid querant, continuo exultimari possit, ad elemosynas pauperibus
 distribuendas missos esse: quod subtiliter in Christo annotauit Cyrillus Ale-
 xandrinus libro nono in Ioannem capite 18. expendens illud Ioannis 13. *Quod fa-*
ciis, fac ceteris, quidam autem putabant, quia oculos habebat Iudas, quod dixisset ei, eme ea,
quæ opus sunt nobis ad diem festum, aut egenis, vt aliquid dares: ex quibus verbis probat
Cyrill. Christum habuisse consuetudinem præcipiendi Iudæ, vt elemosynam
pauperibus tribueret: Quoniam, inquit, non intellexerunt verba eius, ad res solidas de-
feruntur, & quæ facere consueuerat, hæc modo inbere, vt fiant, arbitrati sunt.

Siue igitur Angeli Ephesini oscitantia altera harum fuerit, siue qualibet alia,
 quæ certo statui non potest, illud hoc loco vniuersè obseruandum est, Deum
 ægerime ferre quamlibet in virtutum progressu incuriam, charitatisque remis-
 sionem in ijs præsertim, quorum est ad perfectionis apicem aspirare, siquidem
 tam acerbè in Episcopum Ephesi inuehitur, quod nonnihil de primæ charita-
 tis ardore remississet: id circo mystica illa Ezechielis animalia, vt annotauit hoc
 loco Ioachimus, non reuertebantur, cum incederent, sed vnumquodque co-
 ram facie sua gradiebatur. Ezechielis 1. Et Paulus ad Philippenfes 3. *Frates,*
inquit, ego me non arbitror comprehensisse. Vnum autem: quæ quidem retro sunt
obliscens, ad ea verò, quæ sunt priora extendens meipsum, quotquot perfecti sumus,
hoc sentiamus, vt illis verbis, quæ retro sunt, obliscens, Sumitur similitudo
à cursoribus, qui dum currant, non respectant nec aduertunt quantum iam
spatij tranlegerint, sed quantum adhuc super sit. Hunc locum expendens Diuus
Augustinus sermone 15. de verbis Apostoli. Dixerat, inquit, non sum perfectus. D. August.
Et postea dixit, quotquot perfecti sumus, id est perfecti, & non perfecti, perfecti via-

2. Tim. 4. 3.
 Timotheum
 ad assidue
 prædicandū
 adhortatur
 Paulus.

III.
 Pauperum
 cura quæ im-
 fit Episcopi
 propria.

Sylu. Papa.
 Gelasius 1.
 Conc. Carth.
 Conc. Arelat.
 1. Tim. 3.
 Titim.
 3. Reg. 6.
 Prelati de-
 bent esse
 ostia miseri-
 cordie, &
 compassionis.
 2. Paral. 3.
 Exod. 25.
 Cyrillus Ale-
 xander.

Ioann. 1. 29.
 Iudæ, vt ele-
 mosynas pau-
 peribus tri-
 bueret præ-
 cepit.
 Christus.

V.
 Incuriam in
 virtutū pro-
 gressu æger-
 imè ferre
 Deus.
 Ioachimus.
 Ezech. 1.
 Philip. 3. 13.

IE GAS
 I
 P
 C
 V

Astrandum tories, nondum perfecti possessores, semper tibi displicet quod es, si vis pervenire ad id, quod
ad perfectio- nondum es, nam ubi tibi placuisti, ibi remansisti; si autem dixeris sufficit, potuisti, obliuisti
nis appetit. cere praterita, noli in ea respicere, ne ibi remaneas, ubi respexeris, propterea enim Christus dixit
Lucæ 17. 32. Memento te uxorem Loth. In cuius rei figuram in illa scala Iacob nullus
 Angelus quidascens apparuit, sed omnes vel ascendentes, vel descendentes, quia
 in virtute aut ascenditur, aut descenditur. Vbi enim quis gradum fixit, eo ipso
 iam descendit: quæ scalæ observatio est D. Bernardi epist. 91. ad Abbates Suel-
 sionæ congregatos, his verbis. *Solus Deus melior idcirco seipso esse non vult, quia non va-*
let; vidit Iacob in scala Angelos ascendentes, & descendentes, Genes 28. nunquid staret
quempiam, sine sedentem: non est stare omnino in pendulo fragili scala, neque in incerto
Has bonus *hunc mortalium vite quidquam in eodem statu permanere, aut ascendere necesse est, aut descen-*
deret, si attentas stare, rursus necesse est, minime pro certo est bonus, qui melior esse non vult. Et
ubi incipit nolle fieri melior, ibi etiam desinit esse bonus. In hanc sententiam D. Grego-
rius lib. 1. suæ expositionis in primum librum Regum cap. 2. affert illud Psalmi
1. Reg. 83. 8. *83. Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion. Quid etiam perti-*
net illud Prouerborum 4. Iustorum semita quasi lux splendens procedit, & crescit usque
Psal. 4. 18. *ad perfectam diem. Denique ob eam causam dicitur de Ecclesia Cantorum 6. Quæ*
Cant. 6. 9. *est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens.*

VI. Secundo, notandum est verbum illud *Reliquisti*, nec enim dictum est; relictus es à charitate, sed tu charitatem reliquisti, quia videlicet nos sumus, qui Deum primi relinimus, eodemque sensu dixit Paulus ad Hebræos 12. *Contemplantur*
Hebr. 12. 17. *Deferit Deus ne quis desit gratiæ Dei. Vbi cernis non dici ab Apostolo, Ne gratia Dei alicui desit, sed*
ne quis desit gratiæ: Deus enim neminem deserit, nisi qui prius deseruerit, id
quod probat D. Augustinus sermone 54. de verbis Domini, ex illis verbis Za-
chariæ 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Aversus, inquit, est Deus, quia
D. Aug. 1. 3. *tute avertisti, tu ab illo fecisti casum, non ipse à te fecit occasum: ergo iudis dicentem, conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, fugientis dorsa persequitur, qui faciem redeuntis illumina-*
Zach. 1. 3. *nat. Inde est quod sæpe per Prophetas conqueritur, quod peccatores ipsum de-*
Hier. 2. 13. *reliquerint, veluti Hierem. 2. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & sederunt sibi ci-*
sternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

VII. Postremo est aduertendum, priusquam reprehenderetur Episcopus Ephesi, factam fuisse mentionem laborum, quos pertulit; quia in ipsis laboribus hic eius defectus apparuit, in ijs enim planè cognoscitur, & probatur cuiusque ardor. Vnde Iob. 33. dicitur. *Tabescet caro illius, & ossa quæ tacta fuerant, nudabuntur;* quem locum sic exponit D. Gregorius lib. 23. *Moralium capite 18. Cum flagellu prementibus omnis exterior voluptas atteritur, interne fortitudinis ossa nudantur, nemo quippe quantum profecerit, nisi inter adversa cognoscit. Vnde. Psal. 41. scriptum est. In die mandavit Dominus misericordiam suam; & nocte declaravit, quia videlicet unusquisque superni doni gratiam in tranquillitate quietis percipit; sed quantum perceperit in adversitate perturbationis, ostendit. Tabescat ergo caro, ut stidentur ossa, feriamur paternis perturbationibus, ut quantum proficimus agnoscamus.*

Admonetur Episcopus Ephesi; Memor esto itaque vnde excideris & age penitentiam, & prima opera fac.

SECTIO VIII.

Tertia epistolæ pars, quæ tota est paranetica, verbis illis comprehenditur; Memor esto itaque, vnde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac.

Prima

Prima obseruatio est Rupertii colligentis ex hoc non debere nos precipitare sententiam super Ecclesiarum Angelos, id est, Episcopos, & quoscunque gradus Ecclesiasticos. Non enim dixit: Quia charitatem tuam primam reliquisti, idcirco uenio, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, sed magnum interuallum uocis suae, magnūque frantum posuit currenti sententiae, dicendo: Memor esto itaque, unde excideris, & age penitentiam, & prima opera fac: tunc demum subiungit, sin autem, &c. id est, si praeterquam quoddam charitatem tuam primam reliquisti, insuper & contemptum appolueris, tunc uero mouebo candelabrum tuum de loco suo.

Secunda obseruatio est circa illud uerbum, unde, cum dicitur: Memor esto, unde excideris, quasi enim ex altissimo quodam fastigio excidisse Episcopum Ephesico uerbo significatur. Similem vim agnoscit D. Ambrosius libro de Paradiso, cap. 14. in illis uerbis Domini ad Adam. *Vbi est id est, non in quo, sed in quibus est non erga interrogatio est, sed increpacio. De quibus, inquit, bonis: de qua beatitudines de qua gratia, in qua misericordiam recidisti?* Hæc ille. Primum igitur si huius Angeli, ut uult Hugo, casuit incuria, ut a concionandi munere, atque adeo ab Scripturae sacrae studio supercedisset, rectè unde exciderit, in memoriam reuocasse precipitur, quasi è supremo doctrinarum omnium, ipsiusque diuinæ scientiæ, hoc est, Theologiæ ueritate decidisset, uerè enim diuinarum literarum cognitio uniuersæ contemplationis fastigium est, non doctrinæ modò præstantia, sed rerum etiam ipsarum altitudine quamlibet uel perspicacissimam intelligendi aciem longè superansita, ut quemadmodum Diuus Augustinus docet super Genesim ad litteram, altitudine superbos irideat, & profunditate attentos terreat: Imò ipse Augustinus, quem ingeniorum Phœnicem meliori iure Africa, quam Mirandulanum Principem Italia, dicere potuit, impari se scripturarum altitudini agnoscens sic scribit ad Volusianum epistola secunda. *Tanta est Christianarum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia usque ad decrepitam senectutem summo studio, meliori ingenio conauer addiscere: in quibus lateat altitudo sapientiæ, ut hoc in illis contingat, quod eadem scriptura habet Ecclesiast. 18. Cum consummauerit homo, tunc incipiet. Et lib. 12. Confess. cap. 14. Mira, inquit, profunditas eloquiorum tuorum, quorum ecce ante nos superficies blandiens paruulis, sed mira profunditas Deus meus, horror est intendere in eam. Et Ambrosius epist. 44. ad Constantinum: Mira, inquit, est scriptura diuina, & habens in se sensus profundos altitudinem prophetarum anigmatum. Idcirco sponsum cum scripturarum cognitione alicuius mentem imbuat, non tantum in excelsis montibus uersari, sed ipsa etiam inaccessa ceteris scientijs montium cacumina transilire dicitur. Hoc enim sensu Origenes homilia tertia super Cantica exponit illud Canticum secundo. *Vox dilecti mei, ecce iste uenit saliens in montibus, transiens colles: Inaquaque, inquit, anima si quandocumque legis, ac prophetarum uel anigmata, uel obscura quæque dicta concludunt, si fortè adesse sponsum sentiat, & minus sonitum uocis eius accipiat, subleuatur statim, & ubi magis ac magis propinquare sensibus eius coeperit, & illuminare, quæ obscura sunt, tunc cum uidet salientem supra montes, & colles, alta scilicet, & excelsa intelligentia sensus sibi suggerentem ita, ut merito dicat. Ecce hic uenit saliens in montibus, transiens colles.**

Deinde si peccauit in pauperum cura negligenda, rectè etiam ex summo quodam fastigio delapsus corruisse dicitur propter misericordiam in pauperes præstantiam, & altitudinem, de qua legendus est Gregorius Nazianzenus oratione de pauperum amore, ubi inter alia docet misericordem hominem esse ueluti alterum Deum. *Fac, inquit, calamitoso sis Deus, Dei misericordiam imitando: nihil enim*

Rupertus.
Super Ecclē-
siæ prelatos
non precipi-
tanda sen-
tentia.

II.
D. Ambros.

Diuinarum
literarum
altitudo.

D. August.

Augustinus
ingeniorum
Phœnix.

Eccles. 18. 6.

D. Ambr.

Origen.
Cant. 2. 8.

III.
Greg. Naz.
Homo mi-
sericors al-
ter Deus ex
Nazianz.

rem diuinum homo habet, quam de alijs bene mereri. Et inferius: Tibi, inquit, pauper relictus est, vt Deo. *Es enim verbi pudere te fortasse permouebo.* Denique satis fuit de culmine perfectioris, quacunque demum de causa id acciderit, ad inferiorem fuisse gradum delapsum, charitati que ardorem remississe, vt vnde exciderit, meminisse cum magno animi sensu doberit; sic enim pristinam charitatem feruorem veluti amissurum suspirabat Iob cap. 29. cum dicebat: *Quis mihi tribuat, vt sim iuxta menses pristinos, secundum dies, quibus Deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris.* Huius iacturam magnitudinem expendit Diuus Bernardus sermone trigelimo quinto super Cantica, in illa verba sponit ad sponfam: *Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregum tuorum.* Dara, inquit, & aspera inceptatio, quod dixit: *Egredere, hoc quippe verbum serui audire saltem a valde irascensibus & indignantibus domini; hoc ergo affecto verbo vitur sponsum contra dilectam, sub conditione tamen, si seipsam ignorauerit; nihil quippe validius, efficaciusve ad terrendum potuit in eam intendere, quam vt egredi minaretur: quod & tu aduertere pares, si bene attendas, vnde, quod egredi iubetur: vnde enim quo parat, nisi de spiritu ad carnem, de bonis animi ad secularia desideria, de interna requie mentis ad mundi strepitum? Que enim anima semel a Domino didicit, & cepit intrare ad seipsam, & in intima suis Dei presentium suspirare, & quærens faciem eius semper, nescio an vel ipsam gehennam ad tempus experiri horribilius, penalisve ducat, quam post spiritus ualis studij huius gustata semel suauitatem exire denuo ad illecebras, vel potius ad molestias carnis.* Vnde Regius vates dicebat Psalm. 72. *Mihi autem adherere Deo bonum est.*

Iob 29 3.

Excidere à perfectione, quanta id est.

D. Bernard.

Egredi à Domino quam sit formidandum.

Psalm 72. 18.

III.

Vnde quod excidat, qui charitatem amittit.

Psalm. 129 1.

D. Greg.

Augustin.
Ioa. 1. 3.

Denique multo adhuc maiorem vim habet illud, vnde, si hoc loco per primam charitatem, non charitatis feruorem, sed charitatem ipsam absolute intelligamus, quam Episcopus Ephesi vel in se, vel in plerisque tuorum amiserit, vt recte meminisse iubetur, vnde quod exciderit, hoc est, à summo gratie fastigio ad profundissimam peccati foueam: ex ea enim auxilium diuinum implorabat Regius vates, cum post peccatum suum clamabat Psalm. 129. *De profundis clamauit ad te Domine: quibus verbis ostendit se in profundissimam quandam foueam per peccatum decidisse: sic enim eum locum exponit Diuus Gregorius in explanatione sua supra septem Psalmos penitentiales: Attendat, inquit, vnusquisque in quo profundo iaceat, & quam longe à Deo peruerit agens effectus sit, clamet ad eum totis viribus, qui intuetur abyssos, & sedet super Cherubim; donec de profundis tenebris eius rui superno illustretur lumine, & claritate perscrutatur operationis diuine.* Itaque illud, vnde, summam distantiam à Deo per peccatum inueat, quæ tanta est, vt maior excogitari non possit, sed vtrumque explicari potest per eam, quæ est ab esse ad non esse, ab ente ad nihilum: hoc enim sensu accipit Diuus Augustinus libro Soliloquiorum, cap. 5. tom. 2. Illud Ioa. 1. *si in ipso factum est nihil. Ad nihilum, inquit, dederunt me iniquitates meae: quia tu es verbum, & ego non eram tecum; per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil, & ideo sine te factus sum nihil, quia est nihil, quod ad nihilum ducit: nihilum itaque nihil est, quia sine verbo factum est. Idem docet lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 13. Non sic, inquit, desecit homo, vt omnia nihil esset, sed vt*

sed ut inclinatus ad seipsum minus esset, quam erat, relicto itaque Deo esse in semetipso, hoc est sibi placere, non iam nihil esse est, sed nihilo propinquare. Eadem doctrina est Origenis homilia 5. in Psalmum 36. in illa verba, *Vidi impium super exaltatum, & eleuatum: & transiit, & ecce non erat*, vbi docet peccatorem non computari esse, probatque ex libro Esther cap. 14. cum dicitur, *Non tradas Domine sceptrum tuum is, qui non sunt*, id est peccatoribus. Concinit Diuus Ambrosius in Psalmo 43. eodem sensu intelligens verba illa eiusdem Plalm. *Vendidisti populum tuum sine pretio*, seu vt Ambrosius quila transtulit: *Tradidisti populum tuum, vt non esset*. Et Symmachus, *Tradidisti populum tuum sine substantia*. *Non sunt*, inquit, qui repudiantur a Christo. Vnde sequitur. *Non est illis commutatio, quare? quia non timuerunt Deum*. Eundem sensum habet illud. 1. ad Corinthios 13. *Si charitatem non habuerit, nihil sum*. Eodemque spectat illud Amos 6. *Quilaramini in nihilo, id est in peccatis?*

De minis, quæ in Episcopum Ephesi iactantur. *Sin autem venio tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo.*

SECTIO IX.

Quarta Epistolæ pars comminationem continet illis verbis. *Sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris*, sensus literalis est, *Mouebo candelabrum tuum*, id est, Ecclesiam tuam de loco suo, id est de manu tua, & in alterius manu collo cabo, hoc est, priuabo te Episcopatu, alterumque præfulem, qui muneri suo satisfaciat, in tui locum substituiam, *Nisi penitentiam egeris*, nec enim dictum est, destruam, vel extinguiam candelabrum, sed *mouebo*, videlicet de manu tua in manum alterius. Sic exponunt Richardus de S. Vict. Rupertus, & Hugo Cardin. alij aliter, sed non ad rem.

Primo obseruandum est, Deum solere comminari, ne cogatur punire, quæ obseruatio est D. Ambrosij libro de Noë & Arca cap. 27. expendentis illum arcum caelestem, quem Deus in signum foederis in cælo collocauit. *Arcum*, inquit, *meum ponam in nubibus*. Genes. 9. *Non sagittam*, inquit Ambrosius, *arcus enim instrumentum iaculandi sagittæ est: itaque non ipse arcus vulnerat, sed sagitta, & ideo Dominus in nube arcum magis quam sagittam ponit: id est, non illud quod vulneret, sed quod habeat terroris indicium, vulneris effectum habere non solet*. Hinc est illud Psalm. 59. *Dedisti me tribulationes*, inquit, *temporales significasti tuis fugere ab ira ignis sempiterni, arcus est extensus, adhuc in comminatione est, & videte quid sit in arcu, nonne sagitta in priora mittenda est, nervus autem retro extenditur in contrarium? & quanto plus erit eius extensio retrorsum, tanto maiore impetu illa currat in priora? quid dixi? quanto magis differret iudicium, tanto maiore impetu venturum est: quæ etiam explicatio est Diui Gregorij libro 19. Moralium capite 28. vbi in eodem sensum affert illud Psalmi 7. *Arcum tetendit, & parauit illum. Arcum suum*, inquit, *Dominus tetendit, quia cunctis peccatoribus per scripturam sacram vinas exhibuit*. Propterea autem Deus prius minatur, quam puniat, quia inuitus ad punitionem venit, id quod ex eo est perspicuum, quia virgam, qua percutit, solet per indignationem contere, sicut pater virgam, qua filium flagellauit, solet in ignem projicere, vt ostendat se inuitum filium verberasse, imò iam se verberum pœnitere: hoc verò habes expressum Osee 20. vbi Dominus post illatum supplicium sic loquitur. *Arcum, & gladium, & bellum conteram de terra, & luculentius adhuc Esaia 10. *Va Assur virga furoris mei, & baculus ipse est, in manu eorum***

Origenes.
Psalm. 36. 35.
Peccator non
computatur
esse, ex Ori.
Esther 4. 11.
D. Ambros.
Psalm. 43. 15.
Aquila.
Symmachus.
1. Cor. 13. 1.
Amos 6. 13.

Ecclesia candelabrum.
Richa. de S. Victore.
Rupertus.
Hugo Card.
II.
Minatur
Deus, ne
puniat.
D. Ambros.
Genes. 9. 13.
Psalm. 59. 7.
D. Augustinus.
Gratiæ
compensatur
iudicij tarditas.
D. Gregor.
Psalm. 7. 13.
Patet
Dei animus
in puniendo.
Osea 20. 18.
Esaia. 10. 5.

- indignatio mea, ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum superis mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiat pradam. Et paulò post eam virgam se fracturum esse pollicetur. Et erit, inquit, cum impleverit Dominus cuncta opera sua in monte Sion, in Hierusalem, visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assyriorum, & super gloriam altitudinis eulorum eius. Et Ezechiel. 21. de Rege Babylonis contra Sedechiã dicitur: *Muro, muro vagina te ad occidendum, lima te, ut interficiat, & fulgeat: at postquã Deus Rege Assyriorum pro mserone vsus est, subiungit: Reuere ad vaginam tuam, in terra natiuitatis tuae indicabo te, & effundã super te indignationem meam, in igne furoris mei sufflato te, ignis eris cibus.* Præterea Exodi 32. sic legimus. *Placatus est Dominus, ne faceret malũ, quod locutus fuerat aduersus populum suum, Vbi Hebræi pro placatus transferunt pœnitur: verbum enim Hebraicum נחם Nacham, quod ibi legitur, significat & consolari, & pœnitere.* Denique Iudic. 10. postquam filij Israël ad Dominum conuerſi idola proiecerunt, subiungitur: *Doluit Dominus super miserijs eorum.*
- III. Secundo, Notandus est modus ille loquendi: *venio tibi*, qui hoc loco vindictam, & punitionem significat. Sed ut res melius intelligatur, sciendum est cum loquendi modum in sacris literis & in bonam, & in malam partem sæpe accipi. Et enim in bonam partem accipitur Zachar. 9. cum dicitur: *Ecce Rex tuus venit tibi iustus, & saluator.* Et Osee 6. *Quasi dilectulum preparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & seruetur terra.* In malam verò hoc loco, ubi ad puniendum venire dicitur Angelo Ephesi. Verùm illud est aduertendum, cum punitio diuina cadat in bonum nostrum, propterea cum Deus venit ad puniendum, dici venire nobis, id est, in nostram vilitatem: atque adeò in bonam etiam partem nos debere accipere, quòd hinc ab illo puniamur: enim verò quòd punire Dei in hac vita misericordiã sit, iam supra ostendimus, & confirmari adhuc amplius potest ex Psalm. 94. relato à Paulo Hebr. 3. cum dicitur: *Propter quod insensus sui generationi huic* (sic enim est in Hebræo, & in vulgata editione) pro quo alia litera habet: *Propter quod proximus sui generationi huic,* quemadmodum legit Breviarium Romanum, & noua translatio Septuaginta nuper corie etiã iussu Sixti quinti Pontificis maximi, ubi legimus *περί τοῦ πλησίον* per ita, id est, *proximus sui,* non autẽ *περί τοῦ πλησίον* per ita, id est, *insensus sui,* priorẽque lectionem secutus est Diuus Augustinus, ex cuius lectionis varietate intelligimus Deum tunc esse nobis proximum, & propitium, cum est insensus, quemadmodum exponit Diuus Thomas in capite tertio epistolæ ad Hebr. & dupliciter interpretatur: vno modo, ut sit insensus, *proximus sui* puniendo, nam cum Deus peccata dissimulat, videtur longè abesse: altero sic, *proximus sui* per misericordiam, quia nimirum, hoc ipso quòd eos puniebat pœna temporali, maximum misericordiã signum dedit. Itaque Deum insensum esse in hac vita est proximum esse, ac misericordem. Eodem sensu Diuus Hieronymus in commentarijs super Ezechielem accipit illud capit. 7. *Non parcat oculus meus, neque miserebor: quasi, inquit, clementissimus medicus incidens cupiens putridas carnes, & cariosa vulnera adurere cauteris, non parcat, ut parcat, non misereatur, ut magis misereatur.* Iuxta illud Amos 3. *Quoniam vos cognouit de vniuersis finibus terræ, idcirco oleificar super vos omnia peccata vestra.* Denique illud Genes. 6. *Dixitque Deus, non permanebit spiritus meus in homine quia caro est,* enarrans Diuus Hieronymus in traditionibus Hebraicis: *In Hebræo, inquit, scriptum est, non indicabit spiritus meus homines istos in sempiternum, quia caro sunt: id est, non ad æternos eos seruabo cruciatus, sed hic eis rependam quòd merentur, quia fragilis natura sunt. Ergo, inquit Hieronymus, non feneritatem, ut in nostris codicibus legitur, sed clementiam Dei sonat, dum peccator hic*

hic pro scelere visitatur. Aduertendum tamen est D. Gregorio libro 9. Moralium D. Greg. cap. 33. Deum duobus modis hominem in hac ita punire: aut enim per mala presentia irrogare iam tormenta sequentia incipit aut tormenta sequentia flagellis presentibus extinguit: nisi enim delictis exigentibus iustus iudex, & nunc, & postmodum quosdam percuteret, de iniquis Psalmista non diceret Psalmo. 108. Operiantur sicut diploide, confusione sua. Diploidem quippe duplum vestimentum dicimus, confusione ergo sicut diploide induiti sunt, qui iuxta reatus sui meritum & temporali, & aeterna animaduersione feriuntur. Etenim solos illos poena à supplicio liberat, quos immutat. Rursus si nequaquam quosdam poena praesens à supplicio aeterno defenderet, Paulus minimè dixisset 1. ad Corinthios 11. Cum ita dicamur autem à Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur.

Tertiò. Notandum est, Græcè esse, *venio tibi*, *αὐτῷ*, id est, citò, quòd vltimum verbum non habet vulgatus: id quod mirum prima facie videri poterit, cum Deus tardè, & lenè, sciat ad puniendum venire: propterea enim illa Ezechielis animalia de quibus agitur capite primo, pedem bouis, quod est tardissimum animal, habere dicuntur, vt nimirum significarent Deum ad quatuor Monarchiarum, quæ per ea animalia ostendebatur, conuersionem, & supplicia, tardissimè descendere: sed omnia iustificè concinunt. Etenim eandem ob causam Christus hoc loco dicit se venturum citò, quia quamuis ad supplicium inferendum multùm tardet, semper tamen, quæ eius est clementia, citò se venire existimat, & ad puniendum properare, itaque etsi verè tardat, si nostra demerita spectentur, nihilominus si naturæ eius, ac misericordiæ habetur ratio, quàm citissimè venire censerit potest: vnde ipsemet conqueritur, quòd vel longissima tempora expectationi peccatorum praescripta velociter decurrant Deuteronomij 32. *Mecum est vitio, & ego retribuam in tempore, iuxta est dies perditionis, & adesse festinans tempora.* Et Ezechielis 22. sic cum Hierusalem expostulat. *Appropinquare fecisti dies tuos, & adauxisti tempus annorum tuorum, id est, vt interpretatur Hieronymus, Appropinquare fecisti tempus, quod tibi differatur, vt ageres penitentiam.* Cæterum quòd ille magis tardat, eò magis timendus est, interim enim colligit in vnum omnia improborum hominum scelera, vt postea in vniuersa acrius animaduertat, quem admodum eleganter significauit Oseas cap. 13. *Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius: quibus verbis significatur Deum quasi in fascem peccata omnia, quæ admittimus, colligere, vt suo tempore in ignem vniuersa coniciat.* Id quod alia similitudine declarauit Iob cap. 14. dicens. *Signasti quasi in sacculo delicta mea.* Quem locum expendens D. Gregorius libro 12. Moralium cap. 12. *Signantur, inquit, quasi in sacculo delicta nostra, quia hoc quod nos exterius agimus, nisi penitentia interueniente diluamus, in secreto iudiciorum Dei sub quadam occultatione seruetur, vt quandoque de sigillo secreti exeat ad publicum iudicij: vnde etiam per Moysen dicitur Deuteronomij 32. Nonne hæc condita, seu congregata sunt apud me, & signata in thesauris meis? Statimque subditur: Mecum est vitio, & ego retribuam eis in tempore.* Addit & aliam Diuus Gregorius eius loci expositionem; quæ obiter notanda est: *Vel certè, inquit, peccata nostra signantur in sacculo cum mala, quæ fecimus, sollicito corde pensamus: quid namque est cor hominis, nisi sacculus Dei, vbi dum studiòse conspicimus per quanta deliquimus peccata nostra quasi in sacculo, Dei signata portamus? an non peccatum suum David signatum tenebat? Psal. 50. Iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper, id est coram me.*

Postremò, Obseruanda sunt illa verba: *Monebo candelabrum tuum de loco suo, V.*

Alii presentis punio est futura initium, alius remedium. Psal. 108. 19.

1 ad Cor. 11. 32.

I III.

Lenè venit Deus ad poenas sumendum. Ezech. 1.

Et tamen se properare dicit, dolè que.

Deut. 32. 35. Ezech. 22. 4.

Hieronymus. Quòd seruius eò acrius Deus vindicat. Oseas 13. 12.

Iob 14. 17. D. Greg.

Deut 32. 34

D. Greg. Cor hominis Dei sacculus. Psal. 50. 5.

- Etenim solet Deus quos ad aliquem honoris gradum eueherat, si officio suo defuerint, ab eo deturbare, mortem videlicet eis iusto iudicio suo inferendo, aut certe res ita componendo, ut eis rerum multarum, quae incidunt, congreffione id tandem eueniat, ut honore, dignitateque spoliuntur, alique in eorum locum substituantur. In cuius rei figuram, & significationem Christus ingressus in templum per semetipsum quasi flagello de funiculis facto de domo Dei prauos negotiatores eiecit, & cathedras vendentium columbas euertit Ioan. 2. Quia, ut ait D. Gregorius homil. 17. in Euangelia, *Subditorum quidem culpas per pastores percussit: sed pastorum vitia per semetipsum ferit.* Cathedra autem vendentium columbas tunc euertitur, quando ij, qui spiritualem gratiam venundant, vel ante humanos, vel ante Dei oculos sacerdotio priuantur. Atque hoc contigit Heli sacerdoti, quem Dominus sacerdotio priuauit, ut habes 1. Regum 2. *Hae dicit Dominus, quia magis honorasti filios tuos, quam me: propterea loquens locutus sum, ut domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum, nunc autem ab hoc a me, praececidit brachium tuum, & videbis amulum tuum in templo, &c.* ubi per amulum intelligendus est Sadoe, qui amulus extitit domus Heli. Is enim abiecto à Solomone Abiathar, qui ab Heli trahebat originem, sacerdotium suscepit: sic enim dicitur 3. Regum 2. *Eiecit Salomon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini, ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli.* De Sobna etiam optimate ita vaticinatur Esaias cap. 22. *Eccc Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus, quasi pilam mittes te in terram latam, & spaciosam, & expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te.* Fuit autem Sobna praepositus templi, ut eodem capite dicitur, id est, aut summus sacerdos, ut aiunt aliqui Hebraeorum, aut Thesaurarius, & custos vasorum templi, ut alij existimant: sed primi videntur probabilius sentite de sententia Lyrani in eum locum, quia Eliachim filius Heli fuit in locum eius substitutus tempore Ezechiae, ut affirmat Rabbi Salomon, & Scriptura satis innuit cap. citato, & 4. Regum 19.
- Notanda est autem similitudo *pila*, quam sic exponit Lyranus. *Quasi pilam, inquit, mittet te, quae nimirum à ludentibus de manu ad manum proicitur, quam etiam metaphoram agnoscit in illis verbis Prouerbiorum 8. Ludens in orbe terrarum: quemadmodum iam ad initium horum commentariorum diximus. Quod verò attinet ad gallum gallinaceum, quamuis ex interpretibus Lyranus nescio quo deflexit, alij multum se torqueant, non desunt etiam, qui ingenue fateantur se plane quid significet, non intelligere: tamen illud & facile & planum videtur significari ea similitudine facilitatem, qua Deus poterat Sobnam sacerdotio priuare, simulque eius arrogantiam indicari, ut sit sensus, siquidem o Sobna galli instar erigam superbiae erigis, tam facile asportari te faciam extra Hierusalem, & in captiuitatem abduci, quam facile portari solet à rustico gallus gallinaceus in forum vendendus.*
- Quoniam verò hunc locum plerique ex difficultatibus apud Esaiam esse existimant, fatenturque ingenue se plane non intelligere, quid sibi velit hoc loco *gallus gallinaceus*, quin audent praeterea D. Hieronymum reprehendere, quod *gallum gallinaceum* verterit, cum nomen Gheuer, quod in Hebraeo respondet, non *gallum*, sed virum significet, non erit abs re, siquidem in hunc locum incidimus, aduertere quanquam nomen Gheuer plerumque pro viro vsurpetur à radice Gabar, quae proprie significat praualere, robustum esse, & superare, tamen interdum pro gallo accipi, eo quod huiusmodi animal generosos habeat spiritus, & vitilem in pugnando fortitudinem, militares in vigilando excubias,
- &c.

Eos, qui suo desunt officio, Deus grada deiecit.

Ioan. 2.
D. Gregor.
Pastores per seipsum ferit.

1. Reg. 2. 30.

3. Reg. 2. 27.

Esai. 22. 18.

Lyran.

Rabbi Salomon.

4. Reg. 19.

VI.

Improbos, ut pilam intorqueat.

Prouer. 8. 31.

Quam facile

Deo sit superbiae cristam deprimere.

VII.

Defenditur
ecce loci
Esai. vulgata editio.

& regium principatum, imperiumque amuletur. *Imperitas enim, ut ait Plinius li. Plinius.*
 bro 10. cap. 20. *sub generi, & regnum, in quacunq; sit domus; exercet, graditur ardua*
cernice, cristis celsus, caelum sola vlnaerum aspiciit crebro, terrori est etiam serarum ge-
nerosissimi: quibus potissimum de causis Hebraei ei Gheuer, hoc est, viri nomen
 clationem tribuerunt: quemadmodum docet Lexicon Complutense à viris
 Hebraicae linguae peritissimis compositum, & muled ante Thargum Hierosoly-
 mitanum docuerat: etenim ubi Num. 33. Igitur Hebraice, *Profecti sunt de Amon.* *Num. 33. 35.*
gaber, ita reddidit, Profecti sunt ab arce galli: in eademque sententia est R. Salo-
 mon, si quidem locum Etaiæ citatum sic exposuit, Transportatione galli, qui
 transit (seu potius, transfertur) à loco in locum, tunc videlicet, cum tota aliqua
 familia transit ab vna domo in alteram. Saci que esse deberet ad hoc ipsum con-
 firmandum auctoritas D. Hieronymi, qui gallum gallinaceum eo loco translu-
 lit, siquidem is non solum rerum cognitione, & Scripturae sacrae intelligentia, sed
 linguae etiam Hebraeae peritia omnes Hebraeorum Rabbinos longè antecelluit.
 Denique consentit etiam ipsa cõtextus, & prophetae institutum: erat enim Sob-
 na, de quo sermo est, instar galli arrogans, & superbus, cristam quodammodo
 praeranimi elatione erigens, saltuque, & ambitione tumidus, sepulchrum sibi su-
 blime extruxerat. Quare par fuit, ut qui gallum elatione referebat, simili quo-
 que supplicio puniretur, itaque instar galli de loco in locum, id est, de domo
 sua in exilium transportandus diceretur. Atque ex his iam apparet, quanto iure
 D. Hieronymus *gallum gallinaceum* eo loco apud Esaiam transulerit, & quid cau-
 sa fuerit, cur Hebraei nomen Gheuer, hoc est, viri gallo tribuerint, propter ge-
 nerosos scilicet, & penè viriles huius animalis spiritus: ea enim etiam fuit causa,
 cur duobus alijs quoque nominibus in sacris literis censeatur, quae eandem viti-
 lem amulationem referunt: vnum est Zarzir per Zaijn utroque loco, veluti Prou. *Prou. 30. 29.*
30. cum dicitur, Tria sunt, quae bene gradiuntur, & quarta, quod incedit feliciter: leo
fortissimus bestiarum ad nullius pavebit occursum: gallus succinctus lumbos: quo loco
 Zarzir gallum intellexere Septuaginta interpretes, D. Hieronymus, Chaldaeus,
 & antiquiores Hebraei, quibus potius fides habenda est, quàm recentioribus, qui
 canem gallicum, vel leporarium, siue etiam leopardum reddiderunt. Appellatur
 autem Zarzir, id est, expeditus, & quodammodo praerinctus ad rem quamvis fa-
 cile ac promptè aggrediendam, à radice, Zazar quae significat accingere, vel pre-
 cingere. Alterum nomen est Secui dissyllabum per sim, caf, vaf, & iod & habetur,
 Iob 36. *Qui dedit gallo intelligentiam,* id est, vim estimatricem, à radice sacha, quae *Iob. 38. 36.*
 significat videre, & cogitare, quem locum sic interpretatur R. Moyses, *Qui dedit*
gallo intelligentiam, ut media nocte surgere doceret hominem ad laudandum Deum. Hæc
 igitur sunt nomina, quibus gallus Hebraice appellatur, quae omnia, ut cernis, vi-
 rilem quandam naturam, & generositatem sonant, ut iam mirum videri non de-
 beat, Gheuer, hoc est, viri appellationem fuisse ei ab Hebraeis tributam, nec in-
 dubium vocari, num rectè eum locum Esaiæ Diuus Hieronymus transulerit:
 Sed ut ad institutum tenertamur.

Idem contigit Sauli Regi, cui regnum Deus eripuit, quodd eius mandatum in VII.
 Amalechitarum vastatione violauerit, Davidique pastori, eiusque posteris con-
 cessit: quemadmodum dicitur i. Reg. 15. vnde Iob 12. dicitur: *Baltheum Regum* *i. Reg. 15.*
dissoluit, & praerincit sune renes eorum, ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat,
 id est, in Dei potestate est Reges Regijs insignibus exuere, & seruos facere:
 quemadmodum etiam Dan. cap. 2. denunciauit, cum dixit, *Ipsè mutat tempora, &*
acates, transfert regna, atque constituit. *Iob. 12. 13.*

Quid significet illa sententia: *Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs.*

SECTIO X.

I. **V**T exploratum esset, quæ Episcopo Ephesi dicta sunt, ad reliquos omnes Ecclesiarum Prælatos pertinere: idcirco postquam Ioannes explicauit, quæ Christus in eo desiderabat, in vniuersum pronunciauit, *Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs.* Eademque de causa, *Ecclesijs*, dixit numero multitudinis, & annotauit Rupertus. Nomine verò *spiritus*, vel Spiritus sancti persona, à quo dona, & gratiæ in Ecclesiam redundant, intelligenda est, aut certe tota Trinitas, de qua dicitur Ioannis 4. *Spiritus est Deus.* Adde Arethas posse per spiritum intelligi ipsum Christum, quatenus Deus est. Denique obseruat Rupertus singulis septem Ecclesijs dici, *Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat Ecclesijs*, propter septem spiritus, id est, septem Spiritus sancti dona, atque hoc loco loqui spiritum timoris.

Illud dumtaxat hoc loco expositione indiget, cur dictum sit, *qui habet aurem*

II: *audiat*: his enim verbis videtur indicari esse aliquos, qui aurem non habent. Sciendum est igitur duplices aures haberi in sacris literis, vnas exteriores, interiores alteras, quæ significant interiorem intelligentiam, & obedientiam. Et quidem pro exterioribus sufficit illud Exodi. 24. *Legit in auribus populi*, id est, audiente populo. De interioribus locutus est Christus, cum dixit Matth. 13. *Qui*

habet aures audiendi, audiat, quemadmodum notauit D. Gregorius homilia 15. in Euangelia, & Diuus Augustinus homil. 28. super illud Psalmi 49. Deus manifeste

veniet. Qui habet, inquit, aures audiendi, id est, obediendi, audiat. Aduertit autem

Diuus Hieronymus in primum caput Iobis super illa verba, *Audite hæc senes,*

& auribus percipite omnes habitatores terra, vbicunq; iunguntur hæc duo verba,

audire, & auribus percipere, prius ad interiores mentis aures, posteriùs ad exteriores referendum esse, quod probat ex Esaiæ 1. cum dicitur. Audite cali,

& auribus percipite terra, vbi existimat significari sacratius quiddam esse audire, quam auribus percipere, cum illud calo, hoc terra tribuatur. Affert deinde illud

Genes. 4. quod Lamech dixit vxoribus, Audite verba mea vxores Lamech, quia occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. sciebat, inquit Hieronim.

obscura esse quæ loquebatur, & idcirco vxores suas, non ad simplicem verborum

sonum, sed ad reconditam quoque distorum intelligentiam prouocabat. Ex quo colligit

Hieronimus per senes, qui *audire* iubentur, intelligendos esse spirituales viros, per terram autem habitantes, qui *auribus percipere*, admonentur, terrenos. Nec

verò minoris facienda est hæc Hieronymi obseruatio, quòd Rufino non placeat: cum locus ille ex Psalmo 48. *Audite hæc omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem,* quò ipse aduersus Hieronymi obseruationem vtitur:

quòd omnes promiscuè, & ad audiendum & ad auribus percipiendum, inuitentur, idem discrimen possit admittere: potuit enim Dauid vtrasque aures ab hominibus etiam terrenis postulare, quemadmodum interpretatur Diuus Augustinus in cõmentarijs eiusdem Psalmi, quamuis in eo dissentiat à D. Hieronymo,

quòd existimet *audire* in sacris literis ad exteriores aures, *auribus* verò percipere ad interiores pertinere. De interioribus etiam auribus intelligendum est illud Psalmi 49. *Inclinabo ad parabolam aurem meam, & illud Psalmi 44. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam.* Quo etiam sensu Diuus Augustinus libro vigesimo de Ciuitate Dei capite 6. accipit illud Ioannis 5. *Amen Amen dico vobis, quia*

venit

venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, vivent. Qui audierint, inquit, id est, qui obedierint, qui crediderint, id est, usque in finem perseveraverint. Et sermone 28. supra illud Psalm. 49. *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit,* interpretatur locum illum Ezechielis 3, in eandem sententiam, *Papulus autem ille non vult audire te, quia non vult audire me.* Hinc est illud Esaiæ 6. *Excæcator populi huius, & aures eius aggravæ, & oculos eius claudet, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & convertatur, & sanem eum:* quæ intelligenda sunt tum de permissione, tum etiam de subtractione specialium quorundam auxiliorum efficacium: sufficientia enim auxilia nunquam à Deo denegantur. Denique de huiusmodi auxilijs loquitur Christus per Regium vatem Psalm. 39. *Sacrificium, & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi:* seu ut est in Hebræo, *aures autem fodisti mihi,* quod exponens Paraphrasis Chaldaicus transtulit: *aures ad auscultanda præcepta tua formasti mihi:* alluditur autem ad locum Exodi. 21. ubi Deus dicit servo Hebræorum sic statuit: *Si emerit servum Hebræum, sex annis serviet tibi: in septimo egredietur liber gratis, Quod si dixerit servus, Diligo Dominum meum, & uxorem ac liberos, non egredietur liber, offerat ei Dominus Dys, id est iudicibus, & applicabitur ad ostium, & postes, perforabitque aurem eius subula, & erit ei servus in seculum:* quæ lex repetitur Deuteronomij 16. eamque expendens Theodoretus in quaestionibus super Exod. quæst. 45. docet hanc perforationem auris significasse servum illum memorem debere esse in posterum obedientiæ Domino præstandæ: quod autem applicabatur ad ostium, illud indicasse, deinceps ne foras quid egredi tibi licere iniussu Domini. Ergo, ut ad institutum revertamur, internas aures intellexit Christus, cum dixit, *Aures autem perfecisti mihi, seu perforasti mihi,* ad significandam summam obedientiam, quæ quatenus homo præstabat Patri: quod enim ipse fit, qui loquitur, conceptis verbis docuit Paulus ad Hebræos 10. *Ingressus mundum dicit, Hostiam, & oblationem noluisse, corpus autem apraisti mihi,* ubi secutus est translationem Septuaginta. Congruit autem hæc internatum aurium acceptio naturæ ipsi, quæ in corde geminas aures collocauit quemadmodum docet Anatomiæ, & Galenus libro 6. de vlu partium cap. 15. quas ait ita nominatas, quia utrinque cordi, sicut animalis capiti aures adiacent. Ioannes igitur, hoc loco aurem cordis intellexit, cum dixit, *Qui habet aurem, audiat:* quia enim non omnes huiusmodi aures habent, conditionem illam appofuit, *qui habet, &c.*

Literarum ad Angelum Ephesi subscriptio explicatur: *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.*

Primùmque variæ expositiones commemorantur.

SECTIO XX.

Subscriptio literarum, quæ ad Angelum Ephesi dantur, ita habet. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei:* Volunt Richardus de sancto Victore, & Arethas, hoc nimirum esse, quod is qui habet aurem audire iubetur, & id quod Spiritus dicit Ecclesijs, Christum scilicet vincenti daturum edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei sui, quod ideo dicit, ut omnes exhortentur ad strenuè pro virtute contra vitia præliandum proposito ei qui vicerit, honorificentissimo premio. Quòdnam verò sit hoc lignum vitæ, & quomam iste paradifus, iam explicandum est.

Prima igitur expositio est Richardi de S. Viç. & Bedæ, per lignum vitæ

intelligentium Christum, qui in Ecclesie paradiso omnibus proponitur fruendus. Est igitur sensus, qui Damonem vicerit, edet de ligno, quod est in paradiso, quia multitudine dulcedinis Christi, quæ est in Ecclesia cibabitur, & satiabitur: modò quidem participando eius gratiæ, postea verò eo per visionem beatificam perfuendo. Eadem expositio est Rupertum, quam tamen paulò aliter proponit: & per spiritum hic loquentem spiritum timoris intelligens addit in spiritu timoris vincere, esse corripienti acquiescere & penitentiam agere, & prima opera face-

re, inducitque Christum hæc dicentem, quemadmodum & Arethas, doctè que dixisse, *Dei mei*, ratione humanitatis, secundum quã Patrem, vt Deum suum

Ioan. 20. 18. noscebat iuxta illud Ioannis 20. *Ascendo ad Patrem meum, & patrem vestrum, Deum meum, & Deum vestrum.* Quoniam igitur, inquit Rupertus, primis hominibus, quia corripienti Deo non acquiescerunt, sed peccatum suum excusarunt, lignum vite interdictum fuit,

Genes. 3. rectè modo penitenti aditus ad lignum vite repromittitur, quod est ipse Christus, cui id aditus re-

penitenti ad- *ius & in caelesti paradiso visione, & in presenti Ecclesie corpore sanctæ referuntur anima. De-*

promittitur. *nique expendit verbum illud. Dabo, sape enim, inquit, qui nonnam vicit, id est, non-*

Eucharisti- *dum egit penitentiam, edis de hoc ligno vite manducans viduet corpus, & bibens sangui-*

in ligno su- *meret, sacrile-*

gia rapina. *Et bibit. i. ad Corinth. II. Itaque vides Rupertum hunc ipsum ligni vite, tum ad*

1. Cor. 11. 29. *visionem beatificam, tum ad Eucharistiæ cõmunionem referre: quæ posterior*

Paschalis. *expositio est etiam Paschalis Abbatis libro de corpore, & sanguine Christi cap.*

Arethas. *7. & refertur tom. 4. Bibliothecæ sanctorum Patrum. Secunda est Arethæ intel-*

Lignum vite, *ligentis per lignum vite æternam fœlicitatem absolutè, quam Deus ijs, qui vi-*

æterna fœli- *cerint, id est, prauas animi appetitiones compresserint, elargitur. Tertia est Pri-*

Primasius. *masij, lignum vite crucem interpretantis, quæ in Ecclesie paradiso est, fructum*

Cruce ligni *autem huius ligni Christum ipsum accipientis, qui in cruce tanquam fructus in*

vite fructus *vite arbore pependit, & qui in spirituali Ecclesie paradiso vitale alimentum, cæ-*

eius Christi *lestisque panis præbet fidelibus sacramentum, de quo legimus Prou. 3. sapientia*

Prou. 3. 18. *lignum vite est his, qui apprehenderint eam.*

Nonnullæ obseruationes circa præcedentem sententiam.

SECTIO XII.

I. Cæterum hæc sunt minutius concidenda. Igitur Angelus ille similis filio ho-

minis, qui Ioanni loquebatur, personam Christi repræsentat, atque adeo

verba hæc ex ipsius Christi ore accipienda sunt, quæ autem Christus Ecclesie

dicit, dicitur spiritus dicere, id est, vel ipse Christus quatenus Deus iuxta expo-

sitionem Arethæ, vel tota Trinitas, vel Spiritus sanctus, qui quanquam non so-

let spiritus absolutè appellari, sed vel Spiritus sanctus, vel Spiritus paracletus,

Ioan. 7. 39. *vel Spiritus Domini, tamen sine vlla adiectione Spiritus vocatur Ioannis 7. cum*

dicitur. *Hoc autem dixit de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum, id quod in*

die Pentecostes potissimum completum est. Hoc igitur supposito,

II. Sit prima obseruatio circa verbum illud, *vincenti*, quod supponit pugnam,

ac certamen, eoque commendatur fidelibus maxima in certando industria,

cum sciant sibi esse cum multis, iisque fortissimis hostibus dimicandum:

quemadmodum docuit Paulus 2. ad Corinthios 10. *In carne ambulantes non se-*

cundam carnem militamus: & ad Ephes. 6. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem,*

Ephes. 6. 12. *& sanguinem, sed contra spiritualia nequitia in caelestibus.* Id quod idem Apostolus

opere

opere præstabat, ut ipsemet testatur 1. ad Corint. 9. Sic pugno non quasi aërem verberans, sed castigo corpus meum, &c. In quem sensum Origenes homil. 11. super Exodum, expediens pugnam populi Israëliti cum Amalech, eiusque cum Moyse manus elauabat, victoriam, sic ait: Nobis etiam pugna est aduersus Amalech, hoc est, aduersus principes, & potestates, & vestros tenebrarum harum: eleua tu manus ad Deum, imple mandatum Apostoli: sine intermissione orate. 1. ad Thessalonicenses 5. 1. & tunc fiet quod scriptum est Numerorum 22. Quia sicut vitulus ablingit in campis herbam virentem, ita ablinget populus hic populum, qui super terram est, per quod, ut a maioribus accepimus, indicatur populum Dei non tam manu, & armis, quam voce, & ligna pugnare, id est, orationem ad Deum fundendo. Cui expositioni Origenes accinit illud Pauli ad Rom. 15. Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti Spiritus, ut adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum, Quo loco pro eo, quod nos habemus adiuuetis, est Græcè *συνεργήσατε μοι*, Deum, quod verbum significat propriè simul certare, seu adiuuare certamen, etiam certando, atque adeo indicatur sanctos oratione pugnare, & orare nihil esse aliud, quam quoddam spirituale certamen, quo fideles magis, quam corporalibus armis dimicant, victoriâque de hostibus consequuntur, quemadmodum idem Origenes annotauit lib. 10. in epist. ad Rom. *συνεργήσατε μοι*, inquit, dixit Apostolus, ostendens quasi agonem haberet, certamenque orationis, aduersantibus sibi sine dubio illis, de quibus dicebat: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus spiritualia nequitia in caelestibus. Quo etiam modo explicandum est illud Cantatorum 7. Quid videbis in Synagoga, nisi choros castrorum? quem locum enarrans Theodoretus in commentarijs suis super Cantica, eleganter obseruauit ea verba videri in speciem inter se pugnare, quid enim castris cum chorus, quippe cum chorus pacatis, & lætis rebus, castra autem bellicis, & turbulentis conueniant? Cæterum mysterio non vacare, quia nimirum sponsa multis ex sanctis conflata, cum propter fortitudinem, atque excelsum animi robur, armâque militaria castris est similis, tum etiam chorus existit diuinas laudes in ore gerens (per quas videlicet de suis hostibus triumphat:) neque verò dictum est, castra chororum, sed choros castrorum, ut significetur Ecclesiæ de suis hostibus victoria, quam laudes Diuinæ consequuntur. Itaque ex castris chorus fiunt, cum enim in castris vicierint virtutis milites, præna canentes reuertuntur, & chorus ducentes victoria præconium laudibus celebrant. Hæc Theodoretus. Possumus etiam eundem locum aliter interpretari, ut nimirum dictum sit, choros castrorum, propter lætitiâ, qua exultant ij, qui ad fidem conuertuntur iuxta illud Psalm. 125. In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati: tunc repletum est gaudium os nostrum, & lingua nostra exultatione: additum verò sit chorus bellum, seu castra, quia ad fidem conuersis continuè est contra carnis illecebras, Dæmonis que insidias dimicandum. Quare Ecclesia nec solis castris, nec solis chorus, sed chorus castrorum optimo iure similis dicitur. Et quidem chorus depinxit Regius vates Psalm. 117. cum dixit: vox exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum. Constituite diem solemnem in condensis usque ad cornu altaris. Castra verò descripsit Paulus 2. ad Corinth. 10. illis verbis: Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potentia Deo destructionem munitionum, &c. & alijs locis supra citatis. In cuius rei figuram postquam populus Hebræorum rubrum iam mare transisset, alij choros ducebant, alij verò accincti armis, cum finitimis hostibus bellum gerebant, Exodi 17. quo videtur spectasse Esaias, cap. 30. cum dixit: In tympano, & cithara, & in bellis præcipuis expugnabit eos. Fuit etiam illustrissimus Christiani bellatoris typus Iacob Patriarcha, qui vel in ipso matris utero

1. Cor. 9. 27. Origen.
1. Thessal. 5. 17. Num. 22.
Rom. 15. 30.
Origenes.
Cant. 7. 1.
Oratione nobiscum accendi hostes.
Psalm. 125. 1.
Psalm. 117. 15.
2. Cor. 10. 7.
Exod. 17.
Esai. 30. 2.



iam cum Esau luctabatur, Genes. 25. Qua de re legendus est Philo Iudæus lib. 2. allegoriarum sacra legis, & libro de somnijs.

III. Secundo, Obseruandum est non omnibus dimicantibus præmium promitti,

Ad gloriam
adipsam
non satis est
domicare, sed
oportet uin-
cere.

2. Tim. 2. 5.
Frou 27. 23.
Legimus cer-
tatur per
obedientiam
mandatorum
Dei.
D. Hierom.
Beda.

sed vincentibus, propterea enim non dictum est certanti, sed vincenti: eandem-
que vim habet illud 2. ad Timotheum 2. Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit:
certare enim legitime, est certare secundum leges agonis à Deo latis, hoc est, di-
uinis præceptis parendo: quare fieri non potest, quin vincat, qui legitime certa-
uerit. De huiusmodi enim milite legitime certante accipiendum est illud Pro-
uerbiorum 21. Vir obediens loquetur victorias, quia nimirum, ut interpretatur D. Hiero-
nymus in commentarijs eiusdem loci, dum quis per obedientiam desideria sua
vincere satagit, per iustitiam iudicis postea victoria palmam percipit: quam ex-
positionem totidem verbis (ut solet) Beda in suis commentarijs Prouerbiorum
transiulit. Scio textum Hebræum aliter habere, nimirum: Testis mendax peribit,
vir audiens in finem loquetur, hoc sensu, vir qui testatur quæ rædiuit, ac certò nouit,
nec ex suo, quæ dicit, fingit capite, sicut facere consuevit testis mendax, is semper
loquetur, id est, non afficietur pudore, nec ei imponetur silentium, sicut testi
mendaci: iuxta quam interpretationem pulchra est membrorum eius sententiæ
antithesis. Caterum satis est quod nobis faueat Septuaginta interpretum versio:

In bello con-
tinuo vincen-
dum semper.
Et usque in
finem.
Iob. 7. 15.

ad quam etiam non admodum inuit accedet Hebræa translatio, si ita interpre-
temur, Vir audiens, hoc est, obediens præceptis Diuinis, in finem loquetur, id
est, non silebit præ pudore, sed iactabundus de suo certamine verba faciet, quip-
pe qui superior euaserit. Deinde aduerte, dictam non esse ei qui uicit, in præte-
rito, sed vincenti, quia non satis est semel uicisse, aut etiam sapius, nisi sem-
per vincat: cum enim bellum ipsum continuum sit iuxta illud Iob 7. Militia est vi-
ta hominis super terram, nunquam abscedendum est ab arena, sed in armis conti-
nuò standum, atque adeo semper vincendum. Id quod videtur fuisse expressum in
titulo Psalmi 4. & aliorum, qui infertuntur, in finem pro quo in Hebræo est למנצח
Lamasceach, id est, victoria seu ad victorem: Quæ dictione Septuaginta ubi cūque
repererunt, εις το τελος, id est, in finem, seu in perpetuum translulerunt: ut signifi-
carent, victoriarum, de quibus in eis Psalmis agitur, præconia non conuenire nisi
in eum, qui perpetuò, & usque in finem uicerit. In cuius rei figuram Iosue in
oppugnanda urbe Hai non contraxit manum, quam in sublime porregerat te-
nens clypeum ex præcepto Domini, donec interficerentur omnes habitatores
Hai, ut refertur Iosue 8. quia uidelicet nunquam deponendus est clypeus, donec
omnes animæ nostræ hostes omnino profugentur: quod non nisi in extremo vi-
tæ halitu, potest contingere. Denique absolutè dicitur, vincenti, nec hostis expri-
mitur, quem vincere debeamus, ut intelligamus omnia omnino esse vincenda:
nec aliquem debere esse hostem, cum quo habeamus inducias, sed omnibus
bellum capitale indicendum.

Iosue 8.
Clypeus non
abiciendus,
antequam in
extremo vita
halitu hostes
omnino pro-
fugentur.

III. Tertia obseruatio est circa illud verbum, Dabo: Cui enim vincenti præmium

Psalm. 10. 4.
2. Tim. 4. 7.
Beatitudo a-
terna, et gra-
tia est di-
uina miseri-
cordia, et co-
rona iustitiæ
et nostræ
meriti.

non reddi quali debitum, sed dari dicitur, quasi gratis? Pro cuius rei expositione
sciendum est gloriam in sacris literis interdum gratiam, interdum iustitiam ap-
pellari: gratiam quidem Psalm. 102. Qui coronat te in misericordia, & miserationibus,
iustitiam verò 2. ad Timot. 4. Bonum certamen certauit, cursum et summam, in reliqua
reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Vbi
vides Paulum omnia iustitiæ nomine aggregasse, iustitiæ, reddet, iustus, iudex. Ra-
tio huius rei est, quia ea ipsa gratia, per quam gloriâ proferemur gratis primum
infunditur absque villo nostro merito, sub quod prima gratia non cadit: quam
rationem

rationem fufe persequitur D. Augustinus epistola 105. quæ est ad Sixtum Presby. *D. Augustin.*
 rerum, Cum Deus, inquit, coronat merita nostra, nihil aliud coronat, quam munera sua:
 nec enim frustra Deo cantatur, misericordia eius præueniet me. Psalm. 58. *Psalm. 58 11.*
 ius subsequetur me. Psalm. 22. unde & ipsa vita æterna, quæ meritis præcedentibus redditur, *Psalm. 22. 6.*
 tamen quia eadem merita, quibus redditur, non à nobis parata sunt per nostram sufficientiam,
 sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur: audi Apostolum ad Rom. 6. *Rom. 6. 25.*
 Stipendium peccati mors, gratia autem Dei vita æterna in Christo Jesu Domino nostro. Non
 dicit, stipendium autem iustitiæ vita æterna, sed gratia Dei vita æterna: etenim si accepturus
 es vitam æternam, iustitia quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est & ipsa iu-
 stitia, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam pro gratia, Ioannis 1. id est, non
 solum gratiam qua nunc iuste in laboribus usque in finem vivimus, sed etiam gratiam pro hac
 gratia, ut in requie postea sine fine vivamus. Hæc Augustinus. *Ioan. 1. 16.*

Quartò, Observandum est verbum illud, *Edere*, cur enim vincenti non palma, *V.*
 non laurus, non corona, sed esus in præmium promittitur? quanquam enim hoc *Gloria signi-*
 loco per esum ligni vitæ, visio beatifica intelligitur, ut paulò post dicemus, illud *ficatur eius*
 tamen mysterio non vacat, quod non coronæ, sed esus nomine explicatur: cui *nomine, quia*
 dubitationi responderet Hugo Cardinalis optimo iure id factum esse, quia enim *expugna sio-*
 qui vincit, pugnat; pugnans vero solet esurire, & sitire, rectè ei promitti refectio- *rientibus, si-*
 nem & saturitatem, iuxta illud Matthæi 5. *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam* *datur.*
 quoniam ipsi saturabuntur. Quam ob causam, non solum hoc loco, sed multis alijs *Hugo Card.*
 visio beatifica esui, & potui comparatur, veluti Psalm. 35. *Torrente voluptatis tuæ* *Matth. 5. 6.*
 potabis eos. Luc cap. 12. *Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, &* *Luc 12 37.*
 transiens ministrabit illis. Et Lucæ 22. *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus* *Luc 22. 29.*
 regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo. Quæ verba non quam- *visio beatifi-*
 libet comestitionem significant, sed ladtum, & oppiparum conuiuium, cui gloria *ca, oppiparum*
 propter suavitatis abundantiam confertur. Unde & beatis non calix, sed torrens *conuiuium.*
 ipe voluptatis hauriendus propinari dicitur Psalm. 35. citato.

Quid per lignum vitæ hoc loco accipiendum sit: Primùm-
 que tres expositiones commem-
 morantur.

SECTIO XIII.

Notandum est, cum dicitur *Lignum vitæ*, alludi ad lignum vitæ, quod erat in *I.*
 paradiso terrestri. Genes. 2. Fuit autem ea arbor lignum vitæ, seu arbor vi- *D. August.*
 tæ appellata, quod vim haberet vitæ prorogandæ. Vtrum verò haberet vim pro- *Lignum vitæ*
 rogandi vitam in omne tempus, hominèmq; ab interitu vendicandi, an verò *provogasset*
 duntaxat vitæ diuturnitatem conferendi, controuersum est. Priorem partem af- *vitam in æ-*
 firmant Diuus Augustinus libro decimo tertio, de Ciuitate cap. 20. & cap. 21. vbi *ternam, per-*
 sic ait: *De ligno vitæ propterea gustabatur, ne mors eum undecunque surreperet, vel senectute* *fectissimè re-*
te confecti decussis temporum spatij interirent. Rupertus lib. 3. de Trinitate c. 30. *staurando hu-*
 Chrystost. homilia decima octaua in Genes. Auctor quæstionum veteris, & no- *midum natu-*
 ui testamenti (qui falso creditur fuisse Augustinus) quæst. 19. Strabus in Genesim, *rum.*
 Abulensis super 13. caput Genesim, quæst. 175. & D. Thomas 1. part. quæst. 93. ar- *Rupertus.*
 tic. 4. quem perperam in contrariam trahunt sententiam. Etenim conceptis ver- *D. Chrystost.*
 bis, eo loco docet D. Thomas esum ligni vitæ repetitum habuisse vim ho- *Auct. quæst.*
 minem à morte in perpetuum vendicandi, non tamen semel susceptum ad id *veteris ac uos*
testa. Strab.
Abulensis.
D. Thom.

Genes. 3. 22. sufficere potuisse. Atque hæc sententia planè amplectenda est, cum sit Patribus, & sacris literis magis consentanea. Sic enim legimus *Genesis 3. Nunc ergo ve forte mittat manum suam, & sumat de ligno vite, & comedat, & vivat in æternum*: ex quibus verbis non obscure videtur colligi fructum vitæ habuisse vim à morte in perpetuum præservandi, atque adeo restituendi nativum humorem, quem radicalam appellant, ea puritate, & perfectione quæ in ipso hominis ortu inerat. Posteriori partem sequuntur Scotus, & Durandus in 2. distinct. 19. & Caietanus in commentarijs primæ partis, quæstione citata, eamque sequitur Benedictus Pereira ubi supra.

II. Cæterum quamvis Ioannes hoc loco alludat ad lignum vitæ, quod erat in Paradiso terrestri, non illud tamen intelligit, sed aliud quoddam lignum vitæ mysticum per illud expressum. Primum igitur intellexit ipsum Christum, quem admodum & Divus Gregorius libro 12. Moralium capit. 4. accepit illud *Proverbiorum 3. Lignum vitæ est sapientia eis, qui apprehendunt eam. Quem locum interpretatur de Sapientia incarnata, cum Diuo Hieronymo in 6. capit. Esaiæ. Sic etiam Eucherius libro 1. in Genesim cap. 13. lignum vitæ, quod erat in Paradiso terrestri, docet typum Christi fuisse. Denique ipse Christus se lignum appellavit Luca 23. sicut in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?*

III. Secundò. Per lignum vitæ hoc loco possumus intelligere visionem beatificam, quæ in caelesti Paradiso beatis tribuitur: tanta est autem huius fructus suavitatis, ut rectè de triumphante Ecclesia dici possit illud *Canticorum 4. Emissiones tua Paradisi: malorum puniceorum cum pomorum fructibus, cyperi cum nardo, nardus, & crocus, fistula, & cinnamomum cum universis lignis Libani, & cum omnibus primis unguentis, quo loco emissiones significant ipsa germina, & propagines, quæ in illo caelesti paradiso nascuntur. Igitur emissiones tuæ sunt veluti paradisi quidam malorum puniceorum, quia hæc poma multa continent grana pulcherrima, sub una, eademque corona regali (est enim malum puniceum coronatum pomum.) Etenim omnes beati, quamvis inæqualiter, eandem tamen gloriæ, seu visionis beatificæ coronam accipient, ita ut illa beatorum multitudo sit veluti quidam paradisi, & amenissimum topiarium malorum puniceorum. Per cyprum, & nardum intelliguntur suavissimi odoris unguenta, quæ ex huiusmodi arbutibus conficiuntur. Crocus autem flos est aurei coloris, vim habens exhilarandi cor, per quem amor beatificus, & delectatio inde proveniens intelligitur.*

III. Tertiò. Per lignum vitæ significatur ipsa crux Domini, ut vult Primasius, cuius fructus est Christus: quod autem crux lignum appelletur ex multis testamenti veteris figuris est perspicuum. Primum enim hoc sensu Divus Ambrosius sermone 23. & libro de ijs, qui initiantur sacris mysterijs, capit. 3. interpretatur lignum illud, quod in aquas à Moysè missum earum amaritudinem abstulit, quemadmodum refertur *Exodi 15. Aquam, inquit, amaram, legem esse arbitror veteris testamenti, quæ lex priusquam cruce temperaretur Domini, erat immixta.* Eadem figura vititur Origenes homilia 8. super Hieremiam, Cyrillus Alexandrinus libro 8. in Ioannem capit. 17. & Divus Hieronymus ad Fabianam, de quadraginta duabus mansionibus, mansione 5. Secundò idem expressit lignum illud, in quo serpens æneus suspensus fuit, & populo ad aspicendum propositus, Numerorum 21. ut Christus ipse docuit Ioannis 3. & expendit Tertullianus ubi supra, his verbis. *Post interdictam omnium rei similitudinem cur aneum serpentem ligno impositum pendens habitu, in spectaculum Israeli salutare Moyses proposuit eo tempore, quo à Serpentibus post idololatriam exterminabantur, nisi quod Dominicam*

crucem

crucem intentabat, qua serpens Diabolus publicatur, & laeso cuique ab eiusmodi colubris, id est, Angelis eius ad Christi crucis sacramenta intento salus efficiebatur? Tertio Origenes homilia 8. super lib. Iosue expendit quomodo Iosue praecepit suspendi Regem Hai in patibulo usque ad vesperam. In Iud. 8. Quo loco pro, In patibulo, quod est Hebraice, Septuaginta translulerunt, In ligno gemino. Quid mihi prodest, inquit Origenes, si sciam, quod in gemino ligno & ex Hai suspensus est? si autem sciam duplicem esse virtutem crucis, in qua & Christus in carne suspenditur, & Diabolus cum suo exercitu triumphatur, ex intelligentia sacramenti anima mea edificabitur.

Origen.
Iosue 8.
Septuagint.
Origen.
Crucis virtus duplex.

Quarto. De hoc etiam ligno est sermo Hieremiae 11. cum dicitur à Iudaeis: Venite mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius, quod lignum Testullianus libro aduersus Iudaeos cap. 10. de cruce, quae missa fuit in panem, id est, corpus Christi, interpretatur: quem admodum & D. Hieronymus in commentarijs super Hieremiam, & D. Gregorius libro 12. Moralium cap. 3. eundemque locum affert Origenes homilia 8. super Hieremiam, ac de cruce exponit: tametsi panem non corpus Christi, sed eius doctrinam accipiat: Quia, inquit, docente Christo voluerunt quidam scandalum ponere doctrinae eius, crucifigentes eum dixerunt, Venite mittamus lignum in panem eius: cum enim verbo Christi, & doctrina coniunguntur crucifixio, lignum in panem mittitur, & illi quidem insidiantes dicunt, Venite mittamus lignum in panem eius. Ego vero admirabile quiddam inferam: lignum missum in panem eius panem fecit meliorem, antequam enim mitteretur lignum in panem eius, quando tantummodo paniserat, & non erat lignum, non exierat in universam terram sonus eius: postea vero quam sumpsit fortitudinem per lignum, tunc in vineam orbem passionis eius disseminatus est sermo. Ego quippe aio legem non intellexi amarum agnum esse, cum autem venerit lignum Christi, & sermo saluatoris in eam descenderit, tunc dulcoratur, & fit suavisimi saporis, intellectus pariter, & lex Moysi. Perperam etiam dicunt, Venite mittamus lignum in panem eius, & eradicemus eum de terra viuentium, sic enim interfecerunt quasi nomen eius penitus eradicarent: sed audi quid dicat Christus Ioannis 12. Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Ergo mors Christi spica frumenti facta est septuplum, & multo amplius restituens, quam fuerat seminatum. Haec Origenes. Addit Lyranus hoc lignum fuisse Taxum, quod in ea regione est letiferum, & venenatum, sensumque esse, conatos fuisse Iudaeos Hieremiam Prophetam veneno interimere, panem, quo vescabatur, toxico, seu veneno imbuendo: quod egregie quadrat in crucem, quam veluti maledictum, & venenatum lignum, hoc est, maxime probrosum in corpus, & doctrinam Christi Iudaei mittere decreuerunt, quod nomen eius penitus abolerent, quod tamen eis minimè successit, cum lignum vitae euaserit, ut hoc loco ait Ioannes.

III.
Hier. 11. 19.
Tertull.
D. Hieron.
D. Gregor.
Origenes.

Ex eo ligno
vixit gloria
nomen
Christi, ne
quicquam
conterantur
Iudaei.
Ioan. 12. 24.
Lyranus.

Postremo. De cruce etiam à plerisque accipitur illud Canticum 7. Ascendam ad palmam, & apprehendam fructus eius; & erunt vbera tua sicut borri vineae, & odor oris tui sicut odor malorum: quae verba Graeci Partes sponsae sponsum alloquenti tribuunt. Verum Rupertus in Cantica Christo accommodat hoc fructus clarissimus, Exaltabor in crucem victricem, & moriendo operabor velociter salutem omnium: quo eodem modo interpretatus est Beda: Appre, inquit, Palmam nomine victoriosissima potest cruce arbor designari, quod autem ait sponsus: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, illi auro congruit, quando Salomon haec scribebat, cum se Dominus crebris Prophetarum vocibus promitteret ad redemptionem generis humani in carne venturum, cum se ascensurum dicit, postetiores sunt gloria, qua

V.
Cant. 7. 8.
Cruce, palma
ma cuius
fructus clari-
tas refortec-
tionis, &
ascensionis.
Rupertus.
Beda.

viuitis, intelligi potest. Quarto, *Esaie 65. Ecco seruientes mihi comedent, vos autem esuriatis: ecce seruientes mihi bibent, vos autem sitietis: quem locum de Eucharistia sacramento acceperunt* Cyrillus Alexandrinus in commentarijs super *Esaia*, *Cyril. Alex.* Diuus Ambrosius libro de Paradiso cap. 9. & libro de Helia, & ieiunio cap. 10. *D. Ambr.* Diuus Cyprianus libro i. testimoniõrum contra Iudæos cap. 22. & Diuus Hieronymus super *Esaia*. *D. Hieronym.*

Quinto, *Osea 14. Ero quasi ros Israel, geminabit sicut liliu, & erumpet radix eius, ut Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius ut Libani* inuent frumento: seu ut est apud Septuaginta, *Roborabuntur frumenta*, quæ omnia de Eucharistia interpretatur Cyril. Alexandrin. in commentarijs super *Oscam*. *Germinabunt, inquit, sicut liliu, id est, vacabunt a solitudine huius seculi, liliu enim nullo labore arationis, nulloque studio agriculturæ mira pulchritudine induitur. Erumpet radix eius, ut Libani, id est, erunt ita firmi, & stabiles in fide cum humilitate, ut est arbor Libani humilis, & quæ altis radices agit, ibunt rami eius, quod dilatatione Ecclesiæ significat. Erit quasi oliua gloria eius, & odor eius ut Libani, id est, ut thuris, quia semper virefcunt fructibus virtutum suauissimis, qui hoc celesti pane vescuntur. Vbi notandum est panem huic vitam spiritualem conferre: quod etiam loco citato Regius vates signis canit cum dixit, *vigent corda eorum*. Quod verò hic locus de Eucharistia intelligendus sit ad literam, manifestè ostendit translatio Septuaginta, apud quos teste D. Hieronymo sic legitur, *frumento inebriabuntur*. Docte enim Origenes lib. 4. *de principijs*, id est, de principijs, annotauit summa Dei prouidentia factum esse, ut essent in lege, & Prophetis quædam adynata, id est, impossibilia, ne si ipsius legis, aut Prophetiæ utilitas, & consequentia ex se apparet, continuò existimaremus nihil aliud ibi esse intelligendum, præter id, quod in promptu esset. Quis ergo ignoret non posse panem inebriare: quare cum audimus, *inebriabuntur frumento*, docemur mysticum esse panem intelligendum, qui in iisdem mysterijs cum mystico vino consecratur, in quo mystica, & spiritualis latet ebrietas, quæ digne communicantibus confertur. Eandem ob causam dictum est *Zachariæ 9. Quid bonum eius est, & quod pulchrum eius nisi frumentum electoris, & vinum germinans virginis*: cum enim commune vinum ad libidinem incitet, iuxta illud Apostoli ad Ephesios 5. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*, planum est sermonem esse de vino quodam mystico, atque adeo de calice Eucharistico: quem admodum intellexerunt D. Hieronymus, & Lyranus in commentarijs super Zachariam, & Paschasius Abbas libro de corpore, & sanguine Domini cap. 21.*

II.

Osea 14. 6. Cyril. Alex. Fructus virtutum ex Eucharistia.

D. Hieron. Origenes. Panis mysticus spiritualiter inebriat.

Zach. 9. 17.

Ephes. 5. 18. D. Hieron. Lyranus.

III. *Deut. 15. 12.*

Est viaticu, quod nos liberati accipimus, ut olim seruus Hebræi manu missus. *Cyril. Alex. Esaie 53. 19.*

Cyril. Alex. Proverb.

D. Cyprian.

Sexto, *Deut. 15. Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis seruerit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum, & quem libertate donaueris, nequam vacuum abire patieris, sed dabis viaticum de gregebus, de area, & torculari tuo: quam legem interpretans Cyrillus Alexandrinus libro 7. de adoratione in spiritu. *Vides, inquit, quomodo mysterij Christi in his splendescere, liberauit enim nos gratis, postquam verò liberatos fecit, apposuit seipsum viaticum, concedens, ut viuificam benedictionem participaremus, carnem, inquam, suam, & sanguinem.* Septimo *Esaie 53. Qui ambulat in iustitijs, & loquitur veritatem, qui proicit auariciam in calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas, ne audiat iudicium sanguinis, pane cibabitur, & aqua eius fidelis.* Quo loco per panem, Eucharisticum panem intellexit Iustinus Martyr in dialogo cum Tryphone aduersus Iudæos, & Cyrillus Alexandrinus in commentarijs super *Esaia*. Octauo *Proverbiorum 9. Sapientia edificauit sibi domum, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & posuit mensam.* De Eucharistia interpretatur Diuus Cyprianus libro Epistolarum Epistola 3. & D. Augustinus*

lib. 17. de civitate Dei cap. 20. Nono & postremo. De hoc sacramento loquitur Regius vates Psal. 33. quemadmodum Diuus Augustinus concione 1. in eum Psalmum ex eiusdem titulo, & inscriptione confirmat, quæ huiusmodi est, *Psalmus David cum misisset vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit, nec mirum tibi videatur, quod coram Abimelech David vultum dicatur immutasse, quod legas eum Regem dictum fuisse Achis. regum 21. Etenim Abimelech nomen erat commune Regum Palæstinæ, sicut Ptolomæus, & Pharao Regi Ægypti, quemadmodum Gandauensis Episcopus, & Genebrardus affirmant. Sic ergo August. Psalmi inscriptionem ad Eucharistiam refert. *Mutauit, inquit, Christus vultum suum, quia quasi furor, & insania videbatur dare carnem suam hominibus manducandam, unde Iudæi dicebant: quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Et aliqui ex discipulis, Durus est sermo iste, & quis potest eum audire? Ioannis 6. Ideo quasi insanus putatus est David, sed Regis tantum Achis insaniæ videbatur, id est stultis, & ignorantibus, ideo dimisit eos, & abiit, fugit enim à stultorum intellectu, ne eum possent comprehendere. In eo igitur Psalmo Eucharistia edulio suavissimo ac dulcissimo confertur, cum dicitur, *Gustate, & videte, quoniam suavis est Dominus, ut Augustinus ibidem interpretatur: quo etiam testimonio vitur contra Andream Volanum Polonum hæreticum, Turrianus noster prior tractatu de Sacramento Eucharistiæ cap. 3. Ex his perspicuum est rectè per fructum ligni vitæ Eucharistiam posse accipi, Quippe quæ alimentum sit animarum saluberrimum, ac viuificum, ut adductis testimonijs testatum fecimus.***

COMMENTARIUM SECUNDUM EXEGETICUM.

DE ANGELO SMYRNÆ.

Quid literæ ad Smyrnæ Angelum contineant.

SECTIO PRIMA.



*Smyrna
vrbis, Homero
vrbis.*

*Plutarch.
Geli.
Turrianus.*

SECUNDÆ literæ dantur ad Episcopum Smyrnensem: quibus primum laudatur, deinde animatur ad patientiam contra omnes aduersariorum imperus, qui ei prænunciantur. Postremo corona vitæ eidem promittitur. Porro Smyrna vrbis & non ignobilis à Theop. Thesalo in memoriam vxoris suæ, quæ Smyrna dicebatur, condita, inde præcipue nitens, quod poetarum Principi Homero patria extitit: quantum ut docent Plutarchus in Homero, & Cellius libro 3. noctium Atticarum cap. 12. alij eum Atheniensem, alij Colophonium, alij Ægyptium, alij denique aliunde oriundum fecerunt, imò septem vrbes: quarum vna fuit Smyrna cum sibi ciuem arrogare cõtenderunt, ut ex illis Græcis terminibus constat.

Ἐπὶ πόλεις διερίζεται Σεβήλαι ομήρα,
Σμύρνα, ῥόδος, κολοφών, σαλαμίν, χίος, ἄργος, ἀθήραι,
Quæ sic latine reddi possunt.

Septem vrbes certant de Stirpe insignis Homeri,
Smyrna, Rhodos, Colophon, Salamin, Chios, Argos, Athenæ.

Et M. T. in oratione pro Archia poëta *Homerum*, inquit, *Colophonij suum esse* Marc. Tul. *dicant suum, Chij suum vendicant, salminij repetunt, Smyrnai verò suum esse confirmant*, itaque etiam delabrum eius in oppido dedicauerunt, permulti aly præterea pugnant inter se, atque contendunt. Observant autem hoc loco ferè omnes interpretes in Ephesi Episcopo Apostolorum tempora comprehendendi, in Smyrnenli verò martyrum, iuxta Smyrnæ etymò, quæ myrrha interpretatur. Etenim, cum quotidie sancti pro fide mortem oppetebant, crudelissimisque cruciatibus torquebantur, dicere iure optimo poterat Ecclesia: *Manus mea distillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrho, & oblatissimi ma.* Cant. 5. Rectè enim martyrium myrrhæ comparatur, quia licet animarum sit propter mortis perpeffionem, tamen à corruptione liberat & immortalitatem confert, quam ob causam Martyrum genæ miles dicuntur cortici mali punici. Canticorum. 4. *Sicut fragmen mali punici genæ suæ.* Qui locus de martyribus à plerisque intelligitur, quia nimirum cortex mali punici durus quidem est, & insuavis, sed pulcherrimorum granorum purpuream continet multitudinem, quæ fructus illos suavissimos, qui sub martyrij amaritudine delitefcunt, significat: iuxta illud 2. ad Corinth. 4. *Momentaneum hoc, & leue tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternæ gloria pondus operatur in nobis.* Eleganter in hanc sententiam Beda locum ex Canticis citatum sic interpretatur, *malum punicum, quia rosei coloris est, passionis Dominica mysterium innuit: quia ergo sancta Ecclesia nax erubescit et uicem Christi, sed gaudet in contumelijs, & passionibus pro Christo, crucisque vexillum gestare solet in facie, merito genas instar mali punici habere. Genæ Ecclesiæ propter enim malo punico & pars ruboris, qui patebat videtur, & pari candoris, qui intus latuerat, aperitur: habet ergo ruborem mali punici sponsa in genis, cum sacramentum Dominica crucis fateatur verbis: ostendit & candorem fracti eiusdem mali punici, cum pulsata pressuris castitatem puri cordis probat factis, & quid intus gratie cruce Redemptoris contineat, manifestum Beda. facit: Item ostendit colorem puniceum in genis, cum prima, & eminentiora eius membra, id est, martyres, sanguinem & vitam pro Christi nomine profundunt: addit & candidum, cum ydem inter patiendum, vel impleta iam passione miraculis coruscant. Nec prætereundum, quod malum punicum magnam granorum copiam vno foris cortice includit, unde & malum granatum dicitur, quæ quidem integro adhuc malo videri nequeunt, sed fracto apparent quam sint innumera: sic enim sancta Ecclesia, quò amplius eam frangi aduersis contigerit, eò clarius referat quor virtutum grana vnius fides tegmine complectatur. Hæc ille.*

Cant. 5. 5.
In Smyrnenli Episcopo
Martyrum tempora comprehenduntur.
Cant. 4. 3.
Martyrium myrrha.
2. Cor. 4. 17.

Literarum ad Smyrnæ Angelum inscriptio expenditur,
Hæc dicit primus, & nouissimus, qui fuit mortuus, & viuit.

SECTIO. II.

INSCRIPTIO illis verbis comprehenditur. Hæc dicit primus, & nouissimus, I. qui fuit mortuus, & viuit, Græcè ἐζησεν, id est, vixit, hoc est, post mortem reflex.



Potens Christus liberare periclitatus propter se.

rexit. Huiusmodi inscriptione animatur Smyrnenfis Episcopus ad labores, quorum magnam solum, multamque materiam Synagoga Satanæ suppeditabat, fortissimi & inuicti animo perferendos, tres autem ad hoc persuadendum rationes continet inscriptio. Prima ducitur ex Christi magnitudine, & potentia, qui possit ijs, qui propter fidem, ac virtutem vitæ se discrimini obijciunt, opitulari, imo & vitam, si eam amittere contigerit, restituere, hoc sensu, ne animum despondas, si in capitis discrimen pro nomine meo adducaris, imo nec si mortem ipsam inimici intentent, & afferant, ego enim sum primus, & nouissimus, id est Alpha, & Omega, omnium rerum, atque aded omnia, quæ sunt, & erunt potestatis amplitudine coercens, vimque habes omnia pericula propulsandi, quod vel ex eo potest intelligere, quod ego ipse mortuus fui, & reurrexi. In hunc sensum interpretantur hunc locum Rich. de S. Vict. & Beda, qui illud, *primus, & nouissimus* sic exponit, id est, qui omnia creauit, & omnia moriendo instaurauit. *Alpha*, inquit, *presatio patientiam suauro*. Secunda ratio desumitur ex Christi optimo exemplo, ut volunt Arethas, & Rupertus, qui illud, *primus, & nouissimus*, non principium, & finem interpretantur, sed ad humanitatem, & passionem referunt, quasi Christus in hunc modum loquatur, verum quidem est te propter fidem, & iustitiã pati, sed quantum est hoc, si ad illum respicias, qui cum esset apud Deum primus, id est pretiosissimus, omnique honore dignissimus, apud homines tamen nouissimus fuit, id est, vilissimus, & abiectissimus, iuxta illud Esaiæ 53. *Uidimus eum despectum, & nouissimum virorum*. Tertia ratio deprimatur ex bonis, quæ patientem virum, mortisque pro iustitia contemptorem consequuntur, illisque verbis comprehenditur, *Qui fuit mortuus, & uiuit*, quibus innuitur eum qui Christi uestigijs insistens laborum patientissimus fuerit, mortemque ipsam pro Christi nomine optetierit, tandem ab ipso fore sempiternam vitam restituentum: quemadmodum Christus postquam mortem obiit, se ipsum ad immortalem vitam reuocauit. Hanc etiam rationem tangit hoc loco Rupertus.

Richard. Beda.

Exemplum Christi in perferendo uergetus.

Isaiæ 53. Bona, quæ consequuntur patientiam.

Rupertus.

II.

Profectio Dei erga tribulatos pro sustinenda. Psalms 90. 5. Amos 5. 5. Iob 18. 7. Gen. 49. 3. Osee 12. 3. Vbi labor, & afflictio pro lege Dei, ubi fortitudo à Deo.

Quod ad primam rationem attinet, maximos ea fidelibus animos addit, quam idcirco Deus per Regium uatem identidem reperere consuevit, ueluti Psalms 90. cum ait, *Cum ipse sum in tribulatione, & cepiam eum, & glorificabo eum*, id est, ut exponit Theodoretus, non modo à grauioribus rebus liberabo, uerum etiam illustrem efficiam. Ab eadem radice Hebraica און Auan, à qua deducitur און Auen, quod laborem, fatigationem, & luctum significat, ut Amos 5. *Behel erit leauen*, id est, in labore, uel afflictione, deducitur etiam און, id est, fortitudo, & robur, ut Iob 19. *ardabantur gressus Ono*, id est, *roboris eius*. Et Genesis 49. *Ruben principium fortitudinis suæ directus est cum Angelo*. Ratio huius rei est, quod eadem radix sit fortitudinis, & roboris, quæ est laboris & afflictionis, quia nimirum Deus in ipso labore vires auget, roburque ad vincendum præbet. Hinc etiã factum est, ut Benjamin postremus Iacob ex Rachele filius dictus sit à matre *Benoni*, id est, *filius doloris mei*, quod eum extremo mortis dolore peperisset Genesis 35. quod nomen, ut pater ex dictis, interpretari etiã possumus *filius fortitudinis meæ*, id quod fortasse Iacob significare uoluit, cum eum Benjamin, id est filium dexteræ nuncupauit, tum quia filij doloris, id est, qui multa propter virtutem patiuntur, filij sunt fortitudinis Dei, quippe cum in eis iuandis vim suam, & potentiam declaret: tum etiam quia eos postea Deus ad dexteram suam collocabit, qui dum uiuunt, ad eius sinistram esse propter uitæ incommoda ab imperitis existimantur. Huc etiam

Gen. 35.

etiam pertinet illud Esaie 43. *Cum transferis per aquas, tecum ero, & flumina non operient te, cum ambulaveris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te: quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel.* Quem locum videtur explisse Clemens Alexandrinus libro 1. Pædagogici capite 9. ubi affert illud Ezechielis 34. *Ero pastor ipsorum, & ero prope ipsos, sicut tunica prope corpus ipsorum:* *Et enim ipse legit, quibus verbis significatur maxima quædam protectio diuina, quæ explicari potest similitudine illa, quam Diuus Athanasius libro de incarnatione verbi ducit ex Amiantho lapide, ex quo adhuc lento telæ confecta, si in ignem committantur, non comburuntur, cui simile quoddam lini genus commemorat Plinius lib. 14. cap. 1. ubi docet certo quodam lini genere inuolui foliata Regum cadauera, vt eorum cineres à reliquis secerni possent. Huius igitur generis tunicam se fore Deus pollicetur ijs, qui pro eius nomine in ignem tribulationum coniecti fuerint, vt nimirum ab eo lædi nequaquam possint. Hanc eandem Dei prouidentiam, & curam de ijs, qui propter ipsum patiuntur, expendit Theodoretus in quæstionibus in Genesim quæstione 28. in scala illa Iacob, de qua agitur Genesim 28. *Prouidentia, inquit, diuina manifestius declaratur in rebus, quæ videntur aduersa, idcirco Iacob fugit, & solus peregrinatur, vt locupletissimus rediens experitur, quanta sit Dei omnium prouidentia, & alios doceat hanc Dei sollicitudinem: id, quod apparitione sua celsissimè Deus declarauit, ostendens ei scalam ad cælum vsque pertingentem, & sanctos Angelos ascendentes, & descendentes: ipse verò Dominus sursum consistens confirmabat eum, ac metum expellebat, quorum unumquodque poterat securum reddere Patriarcham: docetur enim nihil negligenter à Deo administrari, sed ipsum omnia dispensare sanctorum Angelorum ministerio. Deinde dicitur, *Ecce tecum sum, custodiens te in omni via, quæ ambulaueris, & reducam te in terram hanc, quia non te derelinquam.* Ecce vides miram in Iacob fugientem Esau, domo profugum, timentem omnia, Dei optimi prouidentiam, Deumque ipsum scalam innitentem paratum se ostendere ad ei in laboribus omnibus, & calibus optulandum.**

Clem. Alex.
Ezech. 34.
Deus quasi
tunica patien-
tium.
D. Athan.

Plinius.
Tela conse-
cta ex Amian-
tho lapide &
quodam lini
genere non
ardent.
Theodor.

Dei prou-
dentia erga
Iacob.

Secunda quoque ratio maximè ad patientiam commendandam pertinet, si quis consideret Christum qui natura primus erat omnium, factum fuisse omnium nouissimum, vt prædixit Esaia cap. 53. *Vidimus enim despectum, & nouissimum virorum:* quo loco aduerte, pro eo, quod nos habemus nouissimum virorum, esse Hebraicè אִישׁוֹתָהָרָה, quod plerumque transferunt, *Et cessauit à viris, seu desit à viris, alij cessatorem virorum:* & est sensus Christum vsque aded se humiliasse, vt ferè capacitatem hominis per humilitatem exhauserit ita, vt cum maiori humilitate iam humana natura itare non posset, sed omnino desinere cessareque deberet: potest & ita accipi, vt dicatur Christus *Cessator virorum,* Hoc est, à quo tractando, & in societatem, consuetudinèque admittendo homines cessarent, indignum cum sua consuetudine existimantes. Cum igitur se Christus nouissimum virorum effecerit, & vsque aded despectus fuerit, omni ignominia, ac despiciatui sponte obnoxius, qui omni honore, & gloria erat dignissimus, maxima hinc ratio ducitur ad commendandam iniurijs, & contumelijs ferendis patientiam, qua etiam vsus est Paulus ad Hebræos 12. cum ait, *Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes:* quis enim in laboribus vnquam deficiet, si ob oculos sibi proponat passionem Christi? Atque exemplo hoc se animabat sponsa, cum dicebat Canticozum cap. 1. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* In quem locum Beda, *Christus, inquit, tanquam myrrhæ fasciculus tunc inter vbera Beda.*

Esa. 53.

Humilitas
Christi.

Heb. 12.

Cant. 1. 15.

IE CAS
...
...
...

Meditatio
passionis, &
pauca tra-
dunt post se.
Cant. 1. 4.
I. Pet. 4. 1.
Passio Chri-
sti arma, &
fortitudo
Christiano-
rum.

sponsa commoratur, cum Ecclesia mortem sui Redemptoris, sine intermissione intimo cor-
de meditatur. Inter vera enim cordis esse locum quis nesciat? Hæc nimirum sunt
illa vnguenta suavissima, in quorum odorem curlsuras adolescentulas testatur
sponsa Cant. 1. cum ait. *Trabe me post te, curremus in odorem vnguentorum*
tuorum: Horum & emplorum Christi cogitationem, arma Christianorum ap-
pellat Petrus 1. sua Canonica cap. 4. illis verbis, *Christo igitur passo in carne, &*
vos eadem cogitatione armamini, Græcè τὴν αὐτὴν ἰστοίαν ὁπλίσασθε, id est, ean-
dem cogitationem velut arma induite, seu congruenter huic cogitationi arma-
mini, ut subaudiatur *ἔλα*, hoc est, secundum, seu iuxta eandem cogitationem.

Porro notandum est verbum illud, *armamini*, nec enim dictum est induimini, aut
exornamini, sed *armamini*, quod verbum sonat impugnationem, & prælium,
ut significetur fortitudo passionis Christi, cuius meditatione si armemur, pos-
sumus hostes omnes confidenter aggredi. Quam eandem ob causam Christus
ipse cruci affixus clypeo comparatur, imo & illo Iosue clypeo fuit expressus,

Iosue 8.

quem is ex præcepto Domini leuauit in sublimè in prælio, quod cum habita-
toribus vrbs Hai comittebatur, ut ad eius conspectum exercitus præliaretur
confidentius, quemadmodum refertur Iosue 8. Est autem sententia Hebræorum,
quam sequitur Lyranus in commentarijs eius capitis, fuisse positum clypeum il-
lum in hasta aliqua oblonga, quod posset ab omnibus cerni, quod sanè manifestè

Esai. 5. 26.

expressit Christum in cruce exaltatum, tanquam clypeum fuisse omnibus ad in-
tuendum propositum, ut ad eius conspectum Christiani milites animos sumant
ad strenuè, & viriliter dimicandum. Quod videtur allusisse Esaias cap. 5. cum dixit.

*Leuabit signum in nationibus, & sibilabit ad eum de finibus terra: Ecce festinus velociter
veniet, non est deficiens, nec laborans in eo, nec soluetur cingulum renum eius, nec rumpetur
corrigia calcamenti eius.* Quod quanquam ad litteram intelligendum est de Ally-
rijs, alijsque gentibus, quas Deus quasi erecto signo euocauit ad Iudæorum euer-
sionem: rectè tamen signum illud erectum Christum possumus interpretari, quo
in cruce exaltato omnes euocati sunt ad bellum cum animi hostibus gerendum,
& ad prælium ita animati, ut nullus dici possit deficiens, aut laborans nulliusque

Psal. 60. 4.

Christus cru-
cis turris
fortitudinis.

Christi nutum, & vnicum in cruce pendens sibilum ex vniuersis mundi parti-
bus quamplurimi strenui milites sub eo preliaturi conuolarunt. Eandem ob cau-
sam appellatur Christus in cruce, Turris fortitudinis Psal. 60. *Deducisti me, quia*

factus es spes mea turris fortitudinis à facie inimici. Unde, inquit Augustinus in eum lo-
cum, factus est Christus spes nostra, nisi quia passus est, & resurrexit? nos enim non noueramus,
nisi nasci hominem, & mori, resurgere hominem, & vivere in æternum non noueramus: suscepit
quod noueramus, & demonstrauit quod non noueramus, ideo factus est spes nostra in tribulationibus.

Sequitur, *Turris fortitudinis à facie inimici.* Angitur cor meum, laboro inter tentationes, &
scandala, is est mihi turris fortitudinis: quod cum fugero, non solum vitabo tela inimici, sed etiam
in illum, quæ voluero, ipse iaculabor: canes ne feriaris à Diabolo, fuge ad turrim. Quomodo
autem fugies? ante te est turris, recordare Christum & intra in turrim, quicquid poteris
cogita, quia prior ipse passus est, & cogita quo sine passus est, ut nimirum moreretur, &
resurgeret: talem & tu finem spera, qualis in illo præcessit, & introiisti in turrim. Qui-

Iacobi. 5. 21.

fuit mortuus & vixit. Quod pertinet illud Iacobi 5. *Ecce beatificamus eos, qui susti-*
merunt, sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Domi-

Tribulatio-
num Iob felix
clausula.

nus est, & miserator, vbi quamquam nonnulli verba illa, *Et finem Domini vidistis*,
ad eundem Iob referant accipiantque de felicitate, quæ tanquam finis, eius cala-

mitates

mitates consecuta est, vt *finem Domini*, idem sit ac finem, quem Dominus eius calamitatibus imposuit, rectius tamen Beda & alij, *Finem Domini*, de passione, & resurrectione Domini interpretantur, vt sit sensus, *Vidistis finem Domini*, id est, quam felici clausula, & sine eius passio fuerit terminata: debetis igitur vos similem habere in laboribus fiduciam, eosque expectatione futurae felicitatis, & gloriae patienter, & animose tolerare.

Denique illud pro tertia ratione sufficiat quod dicitur Canticorum 6. *Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conualium*: quae verba licet alij sponso alij sponsae tribuant, idem tamen sensus efficitur, videlicet Ecclesiam hortu nucum comparari, quod exterius quidem laborum sentit amaritudinem, corticisque duritiae, & asperitate cingitur: ceterum sua patientiae fructum dulcissimum intus continet. Sic Theodoretus hunc locum interpretatur. *Per hortum*, inquit, *nucum*, *eis praesentem vitam intelligimus, quae cum amara sit, & arumnis laboribusque referta, reconditum tamen habet virtutis fructum. Etenim nuci fructus cum extrinsecus corticem priorem amarum habeat, alterum autem asperum, ac durum, intus tamen veluti in penu nucleus continet reconditum, qui sine labore extrahi non potest: talis est haec praesens vita, cum enim dolorum, & molestiarum acerbitate referta sit, habet illa quidem labores, non tamen refrugiferos. Unde Paulus ad Colossenses 3. *Vita*, inquit, *vestra abscondita est cum Christo in Deo*: quibus verbis vult Theodoretus illud significari in ipsis laboribus, quos pro Christo patimur, tanquam sub duro & amaro nucis cortice vitam nostram veluti nucleus suauissimum absconditum contineri.*

III.
Cant. 6. 10.
Ecclesia exterius amaritudinem
sentit interius suauitatem.
Theodoret.
Coloss 3. 2.
Theod.

Litterae Christi ad Angelum Smyrnae
explicitantur.

Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed diues es, & blasphemaris ab is, qui se dicunt Iudeos esse, & non sunt, sed sunt Synagoga Sathanae.

SECTIO III.

LITTERARUM inscriptione explicata litterae iam ipsae resignandae sunt, & I. quid contineant diligenter obseruandum. Primum igitur sic incipiunt. *Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed diues es*. Graece additur, *Opera tua*: & est sensus: Scio opera tua bona esse, noui etiam, quod multa propter me, & Ecclesiam tuam pateris, & quod bonorum tuorum temporalium iacturam ea de causa feceris: sed tamen diues es bonorum spirituum opibus, quas plures debes aestimare, quam terrenas. Sic exponunt Augustinus, seu potius Ticonius, Beda, Arethas, Richardus, Rupertus, Primasius, & ferè reliqui. Alij paupertatem hoc loco intelligunt omnis humani auxilij destitutionem, opumque ipsarum penuriam potius, quam amissionem, vel spoliationem, vt innuatur tenuem fuisse cum Episcopatum: quae expositio etiam quadrat. Non desunt etiam qui per paupertatem, paupertatem spiritus accipiant, iuxta illud Matthaei 5. *Beati pauperes spiritu*: quo fit, vt triplex sit hoc loco paupertatis acceptio. Vna pro paupertatis spiritu: altera pro penuria rerum temporalium, humanorumque praediorum: tertia denique pro amissione, aut spoliatione temporalium.

Bona spiritalia, diuisa.
Ticonius.
Beda, Areth.
Richardus.
Rupertus.
Primasius.
Matth. 5. 3.
Triplex acceptio paupertatis.

diuitiarum: quæ duæ posteriores expositiones magis placent. Commendatur igitur Smyrnenſis Episcopus, quod cum multis prematur hinc inde difficultatibus, ad quas superandas paucissima habeat opum, humanorumque praesidiorum adiumenta, nihil tamen non despondeat, omnem suam spem in Deo collocans: ad quod præterea animatur cum dicitur, *sed diues es*: vt intelligat se vna Dei confidentia, & morum probitate diuitem, ac potentem esse, virtutumque opibus, ac praesidijs abundare, quæ sola debet in veris diuitijs ponere.

II. Illud hoc loco notandum est, pauperem Episcopum appellari diuitem, cum virtute excellit, quia nimirum veræ diuitiæ non in hisce temporalibus opibus, sed in virtutum praesidijs positæ sunt. Itaque bonus Episcopus, & quilibet alius virtutis studiosus, & si pauper sit quoad vulgi opinionem, ditissimus tamen coram Deo est existimandus: cuius rei egregia ratio traditur ab Hugone Cardinale, quia videlicet iustus peregrinus est, dum hic agit, & instar peregrini pauperem vitam ducit, sed in patria tamen sua, quæ cælum est, multas habet repositas diuitias: sicuti pauper cenſeri non debet is mercator, qui maximis in patria opibus circumfluit, quanquam extra patriam egenus videatur. Qua de re legendus est Diuus Augustinus libro primo, de Ciuitate cap. 10. vbi inter alia, *sancti*, inquit,

Hugo Card.
Virtute præditus, etiam si pauper, coram Deo ditissimus.

D. Augustin.

Clem. Alex.

amiserunt omnia, quæ habebant: nunquid fidem? nunquid pietatem? nunquid interioria hominis bona, qui est ante Deum diues? hæc sunt opes Christianorum. Consulendus est etiam Clemens Alexandrinus libro tertio, Pedag. capite 6. vbi ostendit solum Christianum diuitem esse, & inter alia. *Non satis*, inquit, *animaduertimus, quis sit is solus diues, qui, quæ sunt longè pretiosissima, possidet: magni autem pretij sunt, non gemma, non argentum, non vestis, non corporis pulchritudo, sed virtus.* Probatum etiam ex multis scripturæ testimonijs. Primum ex 1. ad Timotheum 6. vbi Paulus sic ait,

1. Tim. 6. 6.

Est autem questus magnus pietas cum sufficientia. Disputat verò eoloco Apostolus aduersus quosdam concionatores, qui præcipue questus causâ concionabantur, doceretque contentos esse debere, si necessarius victus suppetat (id enim significat verbum illud, *Cum sufficientia*) intelligentes ipsa pietate, hoc est zelo, quo gloriæ diuinæ, animarumque salutis student, eo que sine proposito sese ad prædicandum accingunt, magnum questum, & veras diuitias contineri. Secundò. In

D. Hilarius.

Psal. 44. 10.

hunc sensum affert Diuus Hilarius in commentarijs super Psalm. 64. illud eiusdem Psalmi: *Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti locupletare eam.* Quem locum ille non de terræ elemento cum communi expositione accipit, sed de humano corde, eo quod hæc terra, qua vtimur non locupletatur, sed ipsa potius homines fructum suorum vbertate locupletat. *Visitasti ergo*, inquit, *Deus terram*, id est, *humanum genus, eaque terra à Deo visitata multiplicati gratiarum muneribus ditescit*, iuxta illud Apostoli 1. ad Corinthios 1. *In omnibus diuites facti estis in illo.* Tertio 2. ad Cor. 8. *Altissima paupertas eorum abundauit*, in diuitias simplicitatis eorum, qui secundum virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt. Quo loco aduerte, *altissimam*, idem esse patetque profundissimam, est enim Græcè ἡ ἐπιταπεινότης: loquitur verò de Macedonibus, quorum paupertas cum esset profundissima, id est, exhaustissima, tamen illi supra virtutem elemosynam tribuerunt, quicquid in fundo arcæ habebant; liberaliter impertientes: cum enim dicitur *altissima*, id est, profundissima paupertas, sumitur metaphora à vase, vel arca ad fundum vsque exhausta: exaggerauit autem Paulus eorum beneficentiam, cum dixit, *Altissima eorum paupertas abundauit*:

1. Cor. 1. 5.

2. ad Cor. 8.

2.

quo modo enim potest abundare, quod est exhaustum, & inane? Est igitur duplex sensus, vnus est, *Altissima*, seu profundissima eorum paupertas abundauit, id est, fuit

est, fuit beneficentissima, in diuitiis simplicitatis eorum, id est, propter ditissimum simplicis animi affectum, promptissimumque ad eleemosynam largiendam. Alter, qui ad praesens institutum facit: Cum, inquit, essent extrema paupertatis, tamen ita erant ad largiendum prompti, ut ex seculis ferè iam exhaustis, quicquid supererat, expromerent, unde factum est, ut quo pauperiores sunt redditi, eo magis dilexerent simplicitate, animi candore, & reliquis omnium virtutum opibus, quibus duntaxat verae opes, ac diuitiæ continentur. Quarto. De his diuitiis loquitur Paulus 2. ad Corinthios 8. cum ait: *Sci- 2. Cor. 8. 9.*
tis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est, cum
esset dives, ut illius inopia vos diuites essetis. In quem locum Beda sic infert: *Beda.*
Omnes ergo diuites boni fideles: nemo se contemnat, pauper in cella, dives in conscien-
tia, securus dormit in terra, quam auro dives in purpura. Quinto, Diuus Ambro- *Psal. 36. 26.*
sius libro de Tobia capit. 18. expendit illud Psalmi 36. Tota die miseretur & com-
modat, seu iuxta Septuaginta, fœnerat: quemadmodum ipse Ambrosius legit: D. Ambros.
Unde, inquit, hinc iusto, quod tota die fœnerat? ergo dives iustus est, & quanto in-
stior vnusquisque fuerit, tanto ditior, sed quid fœnerat? Audi Petrum, Actorum
tertio, Aurum & argentum non est mihi, quod autem habeo hoc tibi do, In nomine
Domini Iesu Nazareni surge, & ambula, o gratanda paupertas, o ditior inopia! Re-
ctius Diuus Augustinus, id refert ad eleemosynam, quam elargiundo sumus
veri fœneratores, plus nimirum, quam damus, recepturi, iuxta illud Prouer-
biorum 19. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. Vide, inquit Augustinus, D. August.
quam late crescat sanus inum, da temporalia, accipe aeterna: da terram, accipe calum.
 Sexto, Idem luculente probatur ex 1. Petr. 3. *Quarum (id est mulierum) non 1. Petr. 3. 3.*
sit extrinsecus capillatura, aut circumdario auri, aut vestimentorum cultus, sed qui abs-
conditus est cordis homo incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu
Dei locuples: quem locum eleganter tractat Diuus Ambrosius in hanc senten-
tiam Epistola 10. quæ est ad Simplicianum. Vere, inquit, dives est, qui in con-
spectu Dei potest dives videri, in cuius conspectu terra exigua, mundus ipse angustus est:
itaque solum illum Deus diuitem nouit, qui sit dives aeternitati, qui non opum, sed viriu-
rum fructus recondat. Nemo est dives, qui quod habet secum, hinc auferre non potest, quod
enim hic elinguitur, non nostrum, sed alium est. Dives Enoch fuit, qui quod habuit secum
transtulit, Genes. 5. Dives Helias, qui virtutum suarum thesauros curru igneo subli-
mi sedibus aetherei inuexit, & tamen iste non mediocres diuitias heredi reliquit, quas
ipse non amitteret. 4. Reg. 2. Septimo idem docuit Paulus 2. ad Corinth. 6. cum
dixit. Sicut egentes, multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes, & omnia possi-
dentes. Id est ut interpretatur Diuus Thomas. In exterioribus nihil habentes,
quia omnia propter Christum reliquerunt: sed in spiritualibus omnia possi-
dentes per interiorum magnitudinem cordis, quia cum Christo viuunt, &
non sibi, omnia quæ Christi sunt, reputant suâ, cum igitur Christo omnia
sint subiecta, verè omnia possident. Denique has diuitias recondere monet
Christus, cum ait Matthæi 6. Thesaurizate vobis thesauros in celo, ubi neque arugo, Must. 6. 29.
neque tineæ demolitur: & ubi fures non effodiunt, nec furantur. De quibus etiam rectè
potuit dicere Regius vates Psalmus 118. In via testimoniorum tuorum delectatus sum,
sicut in omnibus diuitijs. Psal. 118. 22.

Secundò. Dicitur episcopo Smyrneni ad exaggerandam tribulationem quam patienter ferebat *Blasphemari* ab ijs, qui se dicunt Iudeos esse, & non sunt, id est, iniuria lacesseris, & execrandus existimaris, ac diceris ab ijs, qui se vetos esse religionis cultores mentiuntur. Proprium est autem hereticorum:

Iudas in Cai
non. 8.

blasphemus, & iniurios esse in principes, ac prelatos, quemadmodum docet Iudas Apostolus in sua epistola canonica. *Similiter, inquit, & hi carnem quidam maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant*: vbi Græcè maiestatem est δόξα, id est gloriæ, & haud dubiè per dominationem, & maiestatem, prelatos ipsos, ac principes intelligit positus abstractis pro concretis, hoc est, dominatione pro ipsis dominis, & maiestate, siue glorijs, vt Græcè est pro glorijs, & publica dignitate fulgētibus, vnde rectè Græca scholia δόξα Ecclesiasticas dignitates interpretantur: eodèmq; sensu accipiunt illud 2. Petr. 2. *Dominationē conserunt audaces, sibi placentes, sectas non metuant introducere, blasphemantes*, nec enim in Græcis exemplaribus, quæ modo extant, verbo *introducere*, aliquid respondet in Græco contextu: itaque Græci legunt, *sectas non metuant blasphemantes*: & cum pro *sectis* habeatur Græcè idem nomen, quod Iudas vsurpauit, videlicet δόξα, idcirco similiter hoc loco Ecclesiasticas dignitates interpretantur, vt sit sensus, cuiusmodi homines audaces, & sibi placentes blasphemare prelatos: sed retinenda tamen est editio vulgata, vt δόξα hoc loco pro *sectis* accipiamus, si quidè δόξα Græcè non solum gloriam, sed etiam opinionem significat. Porro notandū est βλασφημῆν, Blasphemare, verbum esse Græcum, quod significat conuitiari, execrari, maledicere: vnde Blasphemia est conuitium, execratio, maledictio: &

2. Petr. 2. 10.

secundum D. Thomam 2. 2. quaestio. 13. art. 1. importat quandam derogationem alicuius excellenti bonitatis, præcipuè verò diuinæ, videlicet vel negando aliquid Deo, quod ei conuenit, vel quod ei non conuenit, tribuendo, quod dupliciter potest contingere, vno modo secundum solam opinionem intellectus: altero coniuncta ei quadam affectus detestatione, quo vtroque modo se Blasphemum appellauit Paulus 1. ad Tim. 1. cum dixit, *Præius sui blasphemus, & persecutor*. Igitur blasphematur Episcopus Smyrnensis, quia nonnulli, sanctitatem simulabāt, eum execrabantur, eiusque honori, ac virtuti cum quadam animi detestatione derogabant: hac enim significatione dicitur blasphemia non solum de Deo, sed de quacunq; alia re, quam detestari dicimur, vt est perspicuum ex epistola Iudæ, cum dicitur de Michaelē Archangelo, quod disputans cum Dæmone de Moyſi corpore: *Non est ausus iudicium inferre blasphemia, sed dixit, Imperet tibi Dominus*, id est, noluit eum execrari, & maledicere. Et ibidem de Hæreticis, *Quæcunq; quidem ignorant, blasphemant*. Illud maiorem habet difficultatem quod sequitur, *Qui se dicunt esse Iudæos, & non sunt*: quod per se suam sectionem desiderat.

D. Thom.

1. Tim. 1. 15.
Blasphemia.

Iudæ 9.
Ibid. 10.

Quid Iudæorum nomen hoc loco significet.

SECTIO. IIII.

I.

Tria Iudæo-
rum nomina.

Genes. 32.

Philo.

Origenes.

Eusebius.

Cæsar.

D. Chrysoſt.

Etymologia

Israelitarū.

D. Hilarius.

Pſalm. 52. 7.

Sciendum est pro illustri huius rei cognitione Iudæos triplici potissimum nomine censerī. Primum enim dicuntur Israelitæ à Iob Patriarcha, à quo omnes originem traxere: is enim Iacob antea diceretur, mutato nomine dictus est Israel, Genesis 32. de cuius nominis etymologia variè sentiant Patres. Etenim Philo libro de Abraham, & libro de Hebræorum nominum interpretatione, Origenes homilia 15. in Genesim, Eusebius Cæsariensis libro 5. demonstrationis Euangelicæ cap. 11. Diuus Chryſostomus homilia 58. in Genesim & homilia 15. in Matthæum, Diuus Hilarius in Pſalm. 52. super illa verba: *Exulabit Iacob, & latabitur Israel*, & in Pſalm. 120. super illa verba. *Eccè non dormitabit, ne*

bit, neque dormiet, qui custodit Israël, Diuus Ambrosius libro secundo, de Jacob, & D. August. vita beata cap. 1. Diuus Augustinus libro 16. de ciuitate Dei cap. 39. & lib. primo, contra Maximum hereticum Arianorum Episcopum, in fine tomj sexti, & alij existimant nomen Israël, quod Jacob ab Angelo impositum fuit, eodem esse, ac vir videns Deum. Eam tamen opinionem rejicit Diuus Hieronymus in quaestioni- bus Hebraicis his verbis. Illud quod in libro nominum interpretatur Israël, vid videns Deum omnium pene sermone detritum, non tam verè, quam violenter mihi interpretatum videtur: eo enim loco Israël per has literas scribitur, י, iod, ו, sin, ך, res, א, aleph, ך, lamed, qui- bus litteris scriptum Israël interpretatur Princeps Dei, siue directum à radice שרש sarach, id est, principatum habere, seu dominari. Vnde est illud Esaia nono חרש חרש Hamisrach, id est, Principatus super humerum eius, vel si manus, à radice שרש sur, vel שרש sara, id est, Principem esse, quod verbum est Osee 12. vbi pro eo quod nos habemus, & inuadit ad Angelum, est Hebraice וי ויאסר, id est, & Princeps fuit, At verò Vir videns Deum ita scribitur, וי וי ex tribus literis scribitur, Aleph, iod, sin, ut maneat וי, Vir videns videns verò ex alijs tribus, res, aleph, be, ut sit rabe, à radice ראב raab, id est, videre, Deum sed Porro וי el, ex duabus aleph, & lamed. Quamuis igitur grandis auctoritatis sint, & elo- quentia, & ipsorum umbra nos opprimat, qui Israël virum videntem Deum transfulerunt, nos magis scriptura, & Angeli, vel Dei, qui ipsum Israël vocant, auctoritate ducimur, quam cuiuslibet eloquentia seculari. Hæc Hieronymus. Cuius sententia planè vera est, & amplectenda: quæ etiam manifestè probatur ex Genesis 32. vbi Angelus, qui iustatus fuerat cum Jacob, reddens nominis etymon dixit, Nequaquam Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israël: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praualebis? Et Paraphr. Chaldaic. sic locum transtulit, Israël erit nomen suum, quoniam Princeps fuisti cum Deo. Denique idem est perspicuum ex Osee 12. vbi diximus haberi ויאסר, id est, & Princeps fuit. Quare si Hieronymus non nul- lis in locis, veluti Osee 8. Ioelis 3. Amos 4. & alijs, Israël videns Deum inter- pretatur, id non ex sua sententia, sed ex communi, & vulgari, quæ tunc ad in- stitutum facere sibi videbatur, dixisse censendus est: cum sententiam suam loco illo citato disertè tradiderit, resque ipsa perspicuè à nobis demonstrata sit, ut de- mirari satis non possim, quòd Leo à Castro vir alioqui doctissimus, in libro ter- tio, sui apologetici pugnaciter contendat Israël non principem Dei, sed virum videntem Deum interpretari oportere, quibusdam Diui Hieronymi testimonijs persuasus, in quibus non animaduertit Diuum Hieronymum non suam, sed vul- garem opinionem, ut sæpe solet, & ipsemet multis in locis confitetur, secutum fuisse, nec de interpretatione nominis Israël ibi ex professo disputasse, ut fecerat loco illo à nobis superius citato.

Secundò dicuntur Hebræi, de cuius appellationis origine maior est contro- uersia. Prima sententia est eorum, qui arbitrantur dictos esse Hebræos ab Abra- ham gentis auctore, quasi Abrahæos; quam sententiam non putauit improba- bilem Diuus Augustinus libro secundo, retractationum capit. 16. imò eam tenuit: rat libro primo, de Consensu Euangelistarum capit. 24. sed eam retractauit loco retractationum citato, & merito, quia nullo modo est probabilis, tum quia ipse Abraham dictus est etiam Hebræus, ut est perspicuum ex Genesis 14. vbi dicitur. Et vnus, qui euaserat nunciauit Abram Hebræo: tum etiam quia Abram scribi- tur initio per Aleph א, Hebræus autem per ו ain. Secunda sententia est Ioannis Reuchlini libro tertio, de verbo mirifico capite decimo tertio, Theodoretique qua- stione sexagesima in Genesim, & citatur ab Engubi in suis annotationibus in Genesim super capite decimo quarto, & Burgenlis additione secunda ad 21. ca- p. 11.

Ribeira.

Neque ab
Abraham,
quasi à tran-
sitore. I. tran-
sflualis.
Burgensis.
Exod. 23, 31.

put Matthæi, quam etiam veriore arbitratu Franciscus Ribeira in primum caput Ionæ numero 44. dici Hebræos ab Abraham, qui appellatus fuit Hebræus, id est, transitor, seu traictor: sic enim illi Hebræum nomen hoc loco interpretantur à radice עבר id est, tranfuit. Eandem verò sic proponit, & exponit Burgensis: Inter Mesopotamiam, & terram promissionis interfuit Euphrates fluvius, qui magnus est, & vnus ex illis quatuor, qui è paradiso voluptatis oriuntur, vnde in constituendis terminis terræ promissionis absolute appellatur fluvius, Exodi vigesimotertio dicitur, *Ponam terminos à deserto vsque ad fluvium &c.* Vbi per fluvium Euphrates intelligitur, qui ex parte Mesopotamiæ finit terram promissionis: quia igitur Abraham, qui prius cum Thare patre suo egressus ex Vr Chaldæorū habitauerat in Haran vrbe Mesopotamiæ Genesis vndecimo, ad terram Chanaam se contulit transito Euphrate fluvio, ibique altare Domino edificauit, vocabatur à Chananæis Hebræus, id est, transflualis, sicut illi, qui ad nos veniunt è regionibus vltromontanis, vltromontani à nobis appellantur. Etenim Heber per, ain, in principio transflualem significat à radice עבר Ghabar, id est, tranfuit. Adducit autem Burgensis illud Gen. 14. *Venit vnus de is, qui euaserant & nunciauit Abraham Hebræo*, id est, vt ille interpretatur, transflualis, quæ expositio confirmari etiam potest ex eo, quod Septuaginta sic eum locum reddiderunt, $\text{τὸ ἄβραμ τὸ περὶ τῆ}$, seu vt Aquila tranfuit, περὶ τῆ , id est, transitori. Deinde à nituntur ratione, quod multæ aliæ gentes ab Heber traxere originem, quæ Hebræorum appellationem fortitè non sunt, sed soli illi, qui ab Heber per Abraham descenderunt. Denique illud obijciunt, quod nec Abraham, nec vnus ex posteris Heber dictus est Hebræus, donec Abraham fluvium transisset.

III.

D. Augustin.
D. Hieron.
Iosephus.
Rab. Mau-
ri, Eugub.
Achatius.
Lyran.

Sed ab He-
ber filio Sa-
le.

D. Augustin.
Gen 10. 21.
Eugub.

Inter posteros
Heber filii
caini Abra-
he, dicuntur
Hebræi, qui
confiruarunt
paterna lin-
gua puritate.

Tertia sententia, quæ nobis videtur multò probabilior, est Diui Augustini locis citatis, Diui Hieronymi in traditionibus Hebraicis in Genesim, Iosephi libro 1. Antiquitatum capit. 14. Rabani Mauri lib. 2. in Genesim cap. 11. Eugubini in annotationibus super 14. caput Genesim, Achatij apud eundem Eugubinum loco citato, Lyrani in capit. 10. Genesim, & omnium ferè recentiorum Hebræorum, videlicet Iudæos dictos fuisse Hebræos ab Heber filio Sale, cuius fit mentio Genesim 10. & 11. quasi Hebræos. Eam probat 1. Diuus Augustinus ex illis verbis Genesim 10. *De sem quoque nati sunt patre omnium filiorum Heber*: quibus verbis significatur maximam, & amplissimam fuisse posteritatem Heber 2. Cōcinunt nominum orthographia, etenim tam Heber, quam Hebræi, per ain initio scribantur. Tertio. Argumentatur Eugubinus Hebræos ab Heber, non ab Hebar, id est, tranfuit, dictos esse ex ipso nomine, siquidem nomina gentilitia apud Hebræos per iod in vltima proferuntur, veluti יודעי Iudæi, יודæus Iudæus, ישראל Israël, ישראלית Amelachi, ישראלית Amelachita: quam eandem formam habet eo loco Genesim Hibri, id est, Hebræus, vt quemadmodum Israël ab Israël dicitur, ita ab Heber dicitur Hibri, nam si ab Habar duceretur vt Hibri traictorem significet, potius Hober dicendum esset, vel Habar, per Cametz quod fit in nominibus appellatiuis. Nunquam, inquit Eugubinus, appellatiua nomina eam formam sequuntur, cessisque est Chaldaica editio, quæ vt Gentile nomen interpretatur, scilicet Hibri. Quarto. (quod argumentum rationem etiam huius appellationis continet.) Accedit, quod post diluuium, cum adhuc viueret Heber, linguarum confusio facta est, veraque Abrahami, & posterorum lingua in domo Heber remansit, cumque totius familiæ caput esset Heber, ab eo & lingua, & natio nomen accepit: & cum in domo Abraham integra & sincera permanisset, ij soli Hebræi, eaque lingua

Hebræa vocari meruit. Cateri verò, qui ab Heber descenderunt, non sunt Hebræi vocati, quia eam linguæ puritatem non seruauerunt: qua ratione diluitur argumentum, quo Theodoret. & Paulus Burgensis se confectiue existimarunt non dictos esse Hebræos ab Heber, à quo nimirum multæ aliæ gentes traxerunt originem, quæ tamen ea nomenclatura caruerunt. Quod verò attinet ad translationem Septuaginta qui *ἑβραῖοι*, id est, trāsītōtem reddiderunt, respondet loco citato Achatius Abraham quidem dictum esse Hebræum, non quasi traiectorem sed quia ab Heber ducebatur originem, Caterum Septuaginta *ἑβραῖοι* translolif-
Achatius.

se. Vt vim nominis, quod etiam ab Habar, id est, transiuit deduci poterat, Græcè exprimerent. Denique quamuis Hebræorum nomenclatura, non reperiatur mandata literis, nisi postquam Abraham Euphratem fluuium transmiserit, quid, quæso verat multo ante. Hebræorum appellationem viguisse?
 Tertio appellantur Iudæi, quod nomen non habuerunt, nisi postquam decem tribus diuise sunt à duobus tempore Roboam filij Salomonis, vt auctor est Diuus Hieronymus in caput quintum Esaia super illa verba, *Vinea Domini exercituum domus Israel est.* Vbi docet hoc differre Israel, & Iudam, quod omnis populus prius appellabatur Israel: at postea regnante David super tribum Iudam, & Roboam filio Salomonis super duas tribus Iudam, & Benjamin, ij, qui erant in Samaria, hoc est, decem tribus vocabantur. Israel, ij verò quibus imperabant de genere David, appellabantur Iuda. Quod idem docet Galatinus libr. 9. Arca-
Galatinus. Iosep.

norum capit. 7. Porro Ioseph. libr. 11. antiq. tit. cap. 5. docet Iudæorum appellationem cepisse ex die, qua duce Nehemia ex Babylone profecti sunt, à tribu nimirum Iuda, quæ prior ad illa loca peruenerat, vnde & ipsi, & prouincia à tali appellatione vocitantur.
 Sciendum est autem *יהודה* Iadah Hebraicè idem esse, quod confiteri, gratias agere, & laudare: ex qua radice fit Iehudah, vnde Genesis 29. dicitur, *Conceptit adhuc Lia peperitque filium, & dixit, vice hac confitebor Domino, & idcirco vocauit nomen eius Iehudah,* id est, Iudam, à quo tanquam à regis tribus Principe dicti sunt Iehudim, id est Iudæi. Ester 18. multisque alijs in locis: quare Iehudim siue Iudæi ex vi nominis idem sunt, quod confitentes, & laudantes Deum: & Iudah, idem quod confessio, vt habet Diuus Hieronymus in primum caput Aggæi: quo sensu potest illud exponi, quod dicitur Esaia 26. *In die illa cantabitur canticum istud in terra Iuda.* *Urbs fortitudinis nostre sion, saluator ponetur in ea murus, & antemurale,* vt videlicet idem sit in terra Iuda, atque in terra confessionis, atque adedò vaticinium non ad terram Palæstinæ, sed ad Ecclesiam vniuersam Christum Dominum confitentem referatur: in quam sententiam explicari possunt multa alia scripturæ testimonia, quæ de Ecclesia vniuersa nomine terra Iuda palam loquuntur.

Ex his iam perspicuum relinquitur, quid Iudæorum nomine hoc loco accipiendum sit: cum enim Iehudim, siue Iudæi idem sit, atque confitentes, inde factum est, vt Christiani legem seruantes Iudæi appellentur, vt ad Romanos 2. *Non enim qui in manifesto Iudæus est, neque qui in manifesto in carne est circumciso, sed qui in abscondito Iudæus est, & circumciso cordis in spiritu, non litera.* In quem locum Origenes libr. 2. in epistolam ad Romanos, & homilia 5. super Leuiticum, & Cyrillus Alexand. lib. 5. in Leuiticum aiunt Apostolum docere duplicem esse Iudæum, vnum visibilem, alterum inuisibilem: vnum sequentem literam occidentem, alterum spiritum viuificantem. Sed multo luculentius idem docet Diuus Augustinus epistol. 200. quæ est ad Afellicum Episcopum, vbi eum
IV. Ram. 2. 28. Origen. Cyrill. Alex. D. Aug. 8.

Christiani qui Christianus est Iudæum, & Israelitam intelligi debere, probat ex eodem propter Christi Pauli testimonio. *Quis est, inquit, iste in abscondito Iudæus, non in carnis circumcissione, sed confessione filij Abrahæ & veri Iudæi secundum spiritum.* Quæ admodum etiam sumus filij Abrahæ, non secundum carnem, sed secundum spiritum fidei. *Imus enim nos fuisse promissos, quando ei dixit Deus, Genes. 17. Patrem multarum gentium posui te: quemadmodum interpretatur Paulus ad Rom. 4. Ut firma sit, inquit, promissio omnifemini, non ei, qui ex lege est solum, sed ei, qui ex fide est Abrahæ, qui est pater omnium nostrum sicut scriptum est: Quia patrem multarum gentium posuisti. Et ad Galat. 3. Abraham credidit Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Intellegite ergo, quoniam, qui ex fide hi sunt filij Abrahæ: providens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, prænuñciauit Abrahæ: Quia benedicentur in te omnes gentes: & paulo post, Omnes vos, primum estis in Christo: si autem vos estis Christi, ergo Abrahæ semen estis, secundum promissionem hæredes. Ex quibus testimonijs argumentatur: Primum D. Augustinus, secundum Apostolum inueniri Iudæos (illos videlicet, qui Christiani non sunt.) Qui cum secundum carnem ab Abrahamo trahant originem, filij tamen Abrahæ non sunt, cum enim infert Apostolus: Intellegite ergo, quoniam qui ex fide, hi sunt filij Abrahæ, plane significat eos, qui ex fide non sunt, non esse filios Abrahæ. Deinde colligit eos, qui credunt in Christum, esse Abrahæ filios, quamuis secundum carnem ab eo non descendant, atque ad eo esse, verè Iudæos secundum spiritum, quod idem liquidò constat ex illis verbis ad Romanos 9. *Non omnes, qui ex Israel, sicut sunt Israelitæ, neque qui sunt semen Abrahæ, omnes filij.* Et ad Galatas 6. *Quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei.* Quo etiam testimonio vitur Augustinus loco citato. Cum ergo Smyrnæ Angelus dicitur blasphemari ab ijs, qui se dicunt esse Iudæos, & non sunt, est sermo de illis, qui se Christi fidem profiteri mentiebantur: potèstque extendi ad eos qui fidei quidem Christi tenebant, sed operibus, quæ fidei congruerent, non vacabant, atque adeo non erant veri Iudæi, id est veri Christi, & religionis cultores. Et quibus etiam illud necessariò colligitur, Iudæos, qui Christum non recipiunt, nequaquam veros esse Iudæos secundum spiritum, sed perfidos, & Iudaicæ legis, quæ ad Messiam recipiendum, & colendum spectabat, violatores, seu vthoc loco dicitur, Synagogam Sathana, quam ob causam Christus Dominus Iudæis dicebat Ioannis 9. *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi, de me enim ille scripsit, si autem illius literis non creditis, quomodo verbis meis creditis?* De his dicit Apostolus ad Philipenses 3. *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem: nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruimus Deo, & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes.* Vbi contra quosdam impios Iudæos disputat Apostolus, eosque tribus notat appellationibus. Primum enim appellat canes, quia aduersum Euangelij prædicationem oblatrare non cessant. Deinde malos operarios, quia operabantur quidem, sed turpi quæstui seruiebant. Denique concisionem, per contemptum appellat, non circumcissionem, quia de carnali præputij concisione gloriabantur, cum tamen corde non essent circumcisi: neque in Christum credebant, in cuius fides atque amore vera mentis circumcisio posita est.*

Perfidi Iudæi, Synagoga Sathana, canes, mali operarii, & concisi, non circumcisi. Ioan. 9. 45. Philip. 3. 2.

Missurus est Diabolus aliquos ex vobis in carcerem: Esto fidelis
vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vite.

SECTIO V.

IN reliqua Epistolæ parte duo præcipue continetur. Primum enim prædicatur Episcopo Smyrnenli imminens Ecclesiæ persecutio, vt sese ad illam animose excipiendam parat, cum dicitur, *Ecce missurus est Diabolus aliquos ex vobis in carcerem ut tentemini*, vbi illud est obseruandum. Dæmonem hoc loco appellari ad ministrum diuinæ iustitiæ, & providentiæ in inferendis laboribus & calamitatibus: est enim proprium ministrorum iustitiæ, mittere in carcerem: quam obrem D. Hieronymus in Psalmum 107. appellat Dæmonem questionarium Domini, idque deducit ex verbis Apostoli i. ad Timoth. i. vbi Paulus sic ait: *Quos tradidi sarrana, vt discant non blasphemare. Ergo Diabolus*, inquit Hieronymus, *quasi questionarius Domini est, qui enim non recte ambulant traduntur Diabolo, vt ab ipso cruciati ad Deum conuertantur.* Verum hoc loco non est questionarius Domini ad cruciandum bonos propter aliqua crimina, sed ad patientiæ exercitationem, probationem virtutis & meritorum legem, quemadmodum significatur, cum dicitur, *vt tentemini.* Deinde magnifica pollicitatione Smyrnæ Angelus ad perseuerantiam excitatur illis verbis, *Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vite.* Vbi per coronam vite æterna felicitas accipienda est, quæ non nisi fideli, id est, perseueranti vsque ad mortem promittitur, iuxta illud Matthæi 10. *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit,* & Ecclesiastici 4. *vsque ad mortem certa pro iustitia.* Non vacat autem mysterio, quod æterna felicitas non solum corona, sed vite corona nuncupatur: quod pauld fufius iam explicandum est. Et quidem, quod attinet ad coronæ appellationem, non solum hoc loco, sed multis etiam alijs gloria corona dicitur: veluti Psalm. 102. *Qui coronat te in misericordia, & miserationibus.* Et 2. ad Timoth. 2. *Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* Et cap. 4. *In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ.* Et 1. Pet. 5. *Cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloria coronam:* cuius appellationis ratio multiplex est. Prima est D. Augustini lib. vnico de agone Christiano: quia nimirum datur certantibus, iuxta illud Pauli pauld ante citatū: *Non coronabitur nisi qui legitime certauerit.* In cuius rei figurā voluit Hebræos Deus ad terram promissionis armatos procedere, & in morē castrorum tributim dispositos sub vexillis esse militariū, & castrametari, vt habes Numerorum 2. & 10. Eandem ob causam Ecclesiæ palmæ similis dicitur, quæ nisi victoribus conceditur. Canticorum 7. *Saturata assimilata est palma:* quam similitudinem tripliciter exponit Beda in commentarijs Canticorum. Primum, quia palma, cum ei pondus imponitur, non succumbit, sed potius in morem forticis sese erigit. *Sic enim statua,* inquit, *Ecclesiæ rectitudo est bona operationis, quæ ad terrenam concupiscentiam incurvari despicens, totam se ad caelestia promerenda sustollit:* quam rectitudinem monet Apostolus, cum ait 1. ad Cor. 16. *Stete in fide, viriliter agite.* Deinde quia palma in inferioribus aspera videtur, in summo autem pulchritudinē, & fructus suauitatē ostendit: sic namque Ecclesiæ, & quælibet fidelis anima asperos in terra portat pro Domino labores, sed mercedem à Deo gratissimam se accipere sperat in caelo: aspera est palma iuxta terram, quia passionem patiuntur propter iustitiam electi: pulchra est, & dulcis in summo, quia gaudent in pressuris, & exultant scientes, quod merces eorū copiosa est in caelis. Denique quia pal-

*Demon, ad-
minister di-
uina iustitiæ.
1. Timoth.
1. 20.*

*Perseueran-
tia.*

*Matth. 10.
21.*

*Beatitudo,
cur corona.*

*Psalm. 102.
2. Tim. 2.
Item 4.
1. Pet. 5.
D. August.*

*Quia datur
legitime cer-
tantibus, ideo
quæ Ecclesiæ
dicitur pal-
ma.*

*Cant. 7.
Beda.*

1. Cor. 16.

IE. CAS
H.
POCA
POT

ma manus victricis ornamentum est, sed & apud antiquos quicumque in certamine vicissent, palma coronabantur. Statura ergo sponsæ assimilatur palma, cū erecta in amorem superiorum, meditata interit in acie consistens brauium illud, quo victis finito agone donanda est: vne Apocalypsis 7. dicitur, *Et palma in manibus eorum*: in 11. Ezechielis 41. docet Propheta vidisse se in templi illius mystici parietibus calatas palmas, & Cherubim, *Fabrefacta*, inquit, *Cherubim, & palmae, & palma inter Cherub & Cherub: duasque facies habebat Cherub: faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte, expressam per omnem domum ex circumitu: de terra usque ad superiora porta Cherubim, & palma calata erant in pariete templi.* Quem locum sic exponit Diuus Hieronymus. Palma calantur, in quibus signum victoriæ est, quæ erant inter Cherub, & Cherub, vt vnus Cherub, duarum palmarum lateribus vallaretur, qui Cherub non quatuor, sed duas habebat facies, hominis scilicet & leonis, quorum primum ad rationem pertinet, secundum ad fortitudinē: quod verò huiusmodi ornatus fuerit per omnē domum, illud significat, omnes qui in Christi Ecclesia sunt, salutarem debere habere cognitionem rerum diuinarum, & victoriam de hostibus reportare, ad quod, quia prudentia, & magnitudo animi requiruntur, duplicem Cherub habebat faciem hominis, ac leonis.

Apoc. 7.
Ezech. 41.
Palma in 11.
110.

D. Hieron.

II.

Secundo propter circulum perfectissimum & pacissimum. Exod. 25.

D. Hieron.

II.

Psalm. 20.

Tertio quia ex gemmis duodecim.

Esa. 15.

1. Corin. 15.

Esa. 15.

Eccles. 14.

1. Cor. 13.

Psalm. 15.

Exod. 12.

Psalm. 147.

Psalm. 90.

Psalm. 102.

Psalm. 57.

Gen. 43.

Secunda ratio desumitur à figura, quæ rotunda est, atque adeo perfectissima, & capacissima, sine que omnino carens: sic enim æterna felicitas perfectissima est: gaudia omnia complectitur: finem nunquam est habitura: quam ob causam eam fuisse expressam per arcam fœderis rectè possumus intelligere: ea namque habebat coronam auream per circuitum, vt refertur Exod. 25. Sic enim gloria, arca est bonorum omnium thesauros, ad diuitias continens, coronamque habet per circuitum, quia suo ambitu omnem durationem complectitur: quo sensu D. Hieronymus interpretatur illud Psalmi 64. *Benedices corona anni benignitatis tuæ. Quia mirum, inquit Hieronymus, sanctos primum, & te ipsum eorum agminibus coronabis, circulum autem & semper in se currentia anni tempora coronam vocauit.* Hæc ille.

Tertia ratio est, quia est pretiosissima instar coronæ omnium gemmarum genere exornata: quæ ratio desumitur ex illis verbis Psalm. 20. *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* Duodecim verò huius coronæ gemmæ pulcherrimæ colliguntur ex sacris literis. Prima est sanitas sine ægritudine. Esa. 25. *Præcipitabis Dominus mortem in sempiternum.* & 1. ad Corinth. 15. *Absorpta est mors in victoria.* Secunda, plenitudo sine defectu. Esa. 25. *Non esurient, neque sitient amplius.* Tertia, refectio sine fastidio. Ecclesiastici 24. *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient.* Quarta, Scientia sine ignorantia. 1. ad Corinth. 13. *Videmus nunc per speculum, in enigmate: tunc autem facie ad faciem.* Quinta, Gaudium sine tristitia Psalm. 35. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos:* nam modo comedimus agnum cum lactucis agreilibus, Exod. 12, Sexta, Pax sine perturbatione Psalm. 147. *Qui posuit fines tuos pacem, Et Psalm. 36. Delectabuntur in multitudine pacis.* Septima, Securitas sine timore. Psalm. 90. *Non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incurso, & Daemonio meridiano,* Octaua, Adimpletio omnium desideriorum. Psalm. 102. *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Nona, Letitia de iustitia Dei, & pœna malorum. Psalm. 57. *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* Decima, Gaudium de congregatione; & societate iustorum. Quod fuit typicè expressum in isto conuiuio, quod fecit Ioseph omnibus fratribus suis simul congregatis Gen. 43. Vndecima, Gaudium de consideratione bonorum, quæ quisque fecit. In hanc enim sententiam potest quoque exponi

exponi illud Apoc. 14. Opera illorum sequuntur illos. Duodecima, & postrema, Gaudium de consideratione malorum, à quibus Deus unumquemque beatum liberavit. Psalm. 88. *Misericordias Domini in aeternum cantabo.* His duodecim gaudijs, quasi duodecim gemmis pretiosissimis gloriae corona exornabitur.

Quod verò attinet ad secundum, cur corq̄a vitæ appelletur, duplex potest afferri ratio. Prior est, ut alludatur ad vitam, quam Sancti propter Deum neglexerunt, strenuè mortem pro eius honore oppetentes. Quam rationem innuit Richardus de S. Victore, expresseque affert Ioachimus. *Corona, inquit, vitæ promittitur, quia ij, qui donant vitam Deo, cum triumpho pretiosa mortis perveniunt ad veram vitam: quoniam ut eam servare possent in regno, eam in exilio perdidērunt, iuxta illud Ioannis 12. Qui amat animam suam perdet eam, & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.* Significatur igitur Sanctos pro Christo non amisisse vitam moriendo, sed eam pro meliori commutasse: imo illa postea tanquam corona, quam amisisse videbantur, coronari. Posterior ratio est, ut fiat allusio ad flores, ex quibus gloriae corona contexitur, & significetur sempiternæ gloriae duratio: quo sensu appellatur corona vitæ, quia semper vivent, hoc est nunquam languescunt, aut demorientur flores, ex quibus conficitur. Quo proculdubio videtur allusisse Petrus. sua epistola cap. 5. cum eam appellavit immarcescibilem: quam eandem ob causam status beatorum comparatur verno tempore, quo tempore campus omni florum genere vestitur, & arbores in gemmas erumpunt, iuxta illud Canticorum 2. *Tam hyems transiit, imber abiit, & recessit, flores apparuerunt in terra nostra.* Huiusmodi igitur coronam fidei, id est, perseveranti vsque ad mortem promittitur, id quod etiam aliter sequentibus verbis explicatur, cum dicitur. *Qui vicerit, non dabitur à morte secunda; ubi per mortem secundam intelligitur aeterna damnatio, quæ mors secunda dicitur, tum comparatione mortis corporalis, qua anima à corpore separatur: tum comparatione culpæ, quæ mors prima est, & causa huius mortis secundæ. De mortis generibus legendus est D. Ambrosius libro de bono mortis capite secundo, & sequentibus.*

III.
Gloria, cur
vitæ corona,
Richardus.

Ioan. 12.

I. Petr. 5.

Cant. 2.

Eterna dā-
natio, mors
secunda.

COMMENTARIUM TERTIVM EXEGETICVM.

DE ANGELO PERGAMI.

Hæc dicit, qui habet romphæam vtraque parte acutam: Scio vbi habitas, vbi sedes est Satana, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam, & in diebus illis Antipas testis meus fidelis, qui occisus est apud vos, vbi Satanas habitat.

SECTIO PRIMA.

TERTIA Epistola scribitur ad Episcopum Pergami. Fuit autem Pergamum suæ Pergamus, insignis vrbs in Asia minori, ita dicta, quòd in edita rupe sita esset, loca enim editiora olim Pergama dicebantur, eo verò maxime gloriatur hæc vrbs, quod patria fuit Galeni Medici clarissimi. Literæ

partim laudationem, partim reprehensionem continent, prius verò laudatio ponitur, quam reprehensio ob eam causam, quam in literis Ephesini Angeli reddidimus.

Quod attinet ad inscriptionem, ea est huiusmodi. *Hæc dicit, qui habet romphæam utraque partē acutam.* Cuius inscriptionis ratio multiplex est. Prima redditur à Richardo de sancto Victore, ut nimirum intelligat hic Episcopus Christum non solum posse eum, si ad meliorem frugem redire voluerit, tam in corpore, quam in spiritu adiuuare (hoc enim significat *romphæam utraque partē acuta*) sed etiam posse tam corpus, quam animam mittere in gehennam, quod est ancipiti gladio ferire. Secunda ratio est Rupertii fieri mentionem ancipitis romphæe, ut indicetur faciendam esse diuisionem inter sanam doctrinam, & prauam Balaam, siue Nicolaitarum dogmata, contra quos sermo dirigitur, idque summo studio curandum esse à Pergami Angelo. Tertia est Bedæ, significari videlicet iudiciariam Christi potestatem qua bonis præmia, supplicia autem reprobis, distribuet: ut ita Pergamēnos partim animet, partim etiam deterreat. Quarta est Ioachimi, moneri hac inscriptione Episcopum Pergami, ut magistrum suum imitetur, studeatque ancipitem verbi Dei *romphæam* aduersus hæreticos distringere, atque vibrare.

II. Secundo. Laudatur, quod *habitans ubi sedes est satanae*, tamen nomen Dei, fidemque retineat, hæc est bonus inter malos sit; sic enim hunc locum exponit Diuus Gregorius libro primo, Moralium capite primo, super illa verba. *Vir erat in terra Hus nomine Iob, & libro vigesimo Moralium cap. 29. expendens verba illa Iob cap. 30. Frater sui Draconum, & socius struthionum.* Per *Dracones* intelligit D. Gregorius malos homines: per *struthiones* hypocritas: quibus in locis docet D. Gregorius non valde laudabile esse bonum Ale cum bonis, sed bonum esse cum malis: eam enim ob causam, Diuus Petrus 2. sua epistola capite 2. summis laudibus extulit Loth, quod bonus inter reprobos sit reprobis, dum ait. *Iustum Loth oppressum à nefandorum iniusta conuersatione eripuit, aspectu enim eius auditu iustus erat, habitans inter eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant.* Propterea etiam Paulus discipulis dixit ad Philippenses 4. *In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo.* Et sancta Ecclesia sponsi voce laudatur, cum ei dicitur Canticorum 2. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Etenim, ut ait Hugo Cardinalis in commentarijs eius loci, *Anima inter aculeos carnalium concupiscentiarum integra, inter punyentes sollicitudines illasa, inter malignantes bona, inter disidentes pacifica, quid aliud est, quam lilium inter spinas?*

III. Tertiò. Notanda sunt illa verba. *Habitans ubi sedes est satanae*, seu ut Græcè legimus, *ubi thronus est satanae*, ex quo rectè colligitur corda malorum esse veluti thronum, in quo Satanastanquam rex sedet, & colitur: quemadmodum è contratio coriusti est thronus quidam regalis, in quo Deus in se residet, & adoratur: quod non obscurè expressum fuit in regio illo throno, quem sibi ex ebore fecit Rex Salomon, quemadmodum refertur. 3. Regum 10. Ebur enim propter candorem significat animæ puritatem, quæ auro id est charitate vestitur: quemadmodum etiam Salomon ebur illud auro vestiuit Deo etiam illa Cherubim, quæ erant super propitiatorium, extendebant alas suas, eisque expansis veluti sellam thronumve parabant, in quo ipse Dominus sederet: quò ad literam alludit Regius verus, cum dixit Psalm. 98. *Cui sedes super Cherubim*, quo fit ut eadem Cherubim iustos homines, in quibus est celestis scientiæ plenitudo, ad viuum expellat

expresserint: quemadmodum docet Diuus Augustinus in commentarijs eiusdem loci. *Sit, inquit, in te plenitudo scientia, & eris tu quoque sedes Dei, sed forte dicturus es, & quando in me erit plenitudo scientia: quis potest ad tantum culmen peruenire: ne clisurbari, ait enim Apostolus ad Romanos 13. Plenitudo legis est charitas, in te ipse cor tuum, si est tibi charitas, ibi est plenitudo legis, iam in te habitat Deus, sedes Dei factus es, irascantur populi, quid facient irascenses populi ei, qui factus est sedes Dei.*

D. August.
Rom. 13.

Quarto aduertere *Satan* Hebraicè idem esse quod aduersarium, à verbo *Satan*, quod est aduersari, detrahere, calumniari, idem enim verbum est Psal. 37. 21. cum dicitur, *Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi; quoniam sequeban bonitatem.* Et Psalmo 108. *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum, Et iterum, Induantur, qui detrahunt mihi, pudore.* Et Zacharia 3. *Satan stabat à dextris eius, ut aduersaretur ei: vbi pro aduersaretur ei, est Hebraicè *שטן* lefitno, ac si diceret, stabat aduersarius, ut aduersaretur ei, & 3. Reg. 5. *Nunc autem requiem dedit Deus mihi per circuitum, & non est Satan, neque occursum malus, id est, non est aduersarius: quo fit ut optime quadret hæc appellatio in Dæmonem, qui nos calumniatur, nobis que aduersatur.* Septuaginta pro *Satan* Diabolum transferunt, quod nomen idem Græcè significat, quod *Satan* Hebraicè. Dicitur etiam teste Diuo Hieronymo in comment. super vigesimum septimū caput Esaia. *Belial, id est Apostata, præuicator, & absque iugo.* Vnde Apostolus 2. ad Corinth. 6. *Quæ est, inquit, communicatio Christi ad Belial? & vbiunque Septuaginta transferunt, filios pestilentia seu iniquitatis; in Hebræo legimus, filios Belial.* Vnde est illud Psal. 88. *Filium iniquitatum non apponet nocere ei.* Hebraicè *filius Belial.* Appellatur etiam *leuiatham*, id est, magnus cetus. De quo quod capiendus sit à Christo narratur Iob 40. ibi enim pro ceti *leuiatham*, Hebraicè ponitur: statimque subditur, *Hoc est principium plasmati Domini, quod factum est, ut illudatur ab Angelis eius, sic enim Septuaginta transtulerunt, & Diuus Hieronymus in eum locum. Ab his, inquit, illudatur, quoniam per gratiam sancti spiritus, & meritum sanctitatis eius subditur, & invocato nomine Christi effugatur: quemadmodum predictum fuit ab Esaia cap. 11. *Delectabitur insans ab opere super formamine aspidis, & in cauernam reguli, qui ablatarius fuerit, miscet manum suam.* Cui concinit illud Psal. 103. *Draco iste quem formasti ad illudendum ei.* In quem locum Hebræi suo more fabulantur, Deum à principio mundi duos cetos immense magnitudinis, marem vnum, alterum feminam procreasse, quia tamen præuidit si per generationem multiplicarentur impeditum iri navigationem, feminam occidisse, & sale conditam reueruasse, ut iustis post resurrectionem lautissimum ex eis carnibus conuiuium appareret, interim que eum masculo, qui superfuit, tribus horis quotidie animi gratia colludere, & ita locum Psal. citatum interpretantur, ridiculè, ut cetus mari, ita & ipsi sacræ Scripturæ illudentes. Locus enim ad litteram de ceti intelligitur, quem Deus procreauit in mari, ut in eo quasi luderet, ac de reliquis minoribus piscibus propter suam magnitudinem quasi tyrannico more triumpharet, eos nimirum deuorando. Cæterum Patres per *cetum*, siue *leuiathan*, eo loco Dæmonem intelligunt, quem Deus formauit ad illudendum, id est, ut illuderet hominibus, ut exponit Hieronymus: seu ad illudendum ei, id est, ut illuderetur ei ab hominibus, præcipuè post passionem Christi, quemadmodum interpretantur Diuus Augustinus, Theodoretus, auctor Anonymus, Genebrardus, & alij.**

III.
Psal. 37. 21.
Psal. 108. 20.
Zachar. 3. 1.
3. Reg. 5. 4.
D. Hieron.
2. Cor. 6. 15.
Psal. 88. 23.
D. Hieron.
Psal. 103. 26.
Hieronym.
D. August.
Theodoret.
Anonym.
Gen. 6.
V.

Denique in hac priore epistolæ parte commemoratur mors Antipæ martyris, qui propter fidem in ea vrbe passus fuerat, quæ potissimum refertur ad exagge-

Qui Antipas, & quando passus martyrium.

Cæsar Bar.

randam magis Pergamenium malitiam, in quorum multis Sathanas sedem suam collocauerat, atque adeo ad commendandam fidem Episcopi Pergamenis, qui in ea persecutione virum se præbuit, simulque ad eum animandum, vt Antipam conetur imitari. Fuit autem Antipas sub Domitiano Imperatore propter fidem in bouem ænucum, andentem coniectus, quemadmodum refert Cæsar Baron. in suo Martyrologio 11. Aprilis ex Græcis menologijs. Metaphraste, Lipomano, & alijs.

Habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari, ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.

SECTIO II.

I. Incepcio Episcopi Pergamenis.

LAUDIBVS præmissis Episcopi Pergamenis, vt quis auribus reprehensionem acciperet, sequitur iam obiurgatio illis verbis comprehensa. *sed habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari, ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum*: quæ totidem verbis Græcè habetur, nisi quod verbum *idolothyta* additur verbo, *edere*. Pro literali expositione sciendum est primo, cum Balac Rex Moabitum Hebræorum arma formidaret: auxilium à Balaam Atyolo postulasse, qui cum intelligeret populum non nisi à Deo propter peccata constitutum vinci posse, dedit Regi consilium, vt selectissimas puellas prope exercitum Hebræorum mitteret, quæ Hebræos iuuenes verbis ad libidinem alliceret; tunc verò illis ad venerem incitatis sui copiam non permitterent, nisi prius de idolothytis maducarent, idolaque sua quæ simul portabant, venerarentur, quæ omnia fruendarum puellarum studio fecerunt, quemadmodum refertur Num. 25. imo vt narrat Ioseph. lib. 4. antiquitatum cap. 5. nonnulli nobiles Hebræorum aliquas ex illis duxerunt uxores. Quod autem Balaam id consilij dederit, licet non commemoretur Num. 25. aperte tamen colligitur ex cap. 31. eiusdem libri cum dicitur, *Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & praenariari eos fecerunt*: Quia igitur Nicolaitæ, vt superius diximus, in ea heresi fuerunt, vt affirmarent non solum non esse malum fornicari, sed ad salutem plane necessarium: propterea dicuntur hoc loco habere doctrinam Balaam, qui fornicationem consuluit.

II. Scandalum seu offensivum occasio rama. Psal. 139. 6. 1. Reg. 18. 21. Psal. 49. 20. Psal. 124. 1. 2. Reg. 20. 25

Secundo, aduertendum est, scandalum nomen esse Græcum, ita dictum à ruina, quod nimirum occasio sit cadendi. Hebraicè autem מִשְׁכָּח moches, à radice מִשְׁכָּח iachas, quæ significat irretire, illaqueare, offendere, vnde est illud Psal. 139. *Iuxta uer scandalum posuerunt michi*. Et 1. Reg. 18. *Dabo eam illi* (Michol Dauidi) *vsque in scandalum, & si super eum manus Philistinorum*. Et Ps. 49. *Aduersus filium matris tue ponebas scandalum*. Et Psal. 124. *Anima nostra, sicut passer crepta est de laqueo venantium*. Vbi Hebraicè pro *venantium*, est מִשְׁכָּח iocheschim, id est allaqueantium. Locus est controuersus Prouerbiorum 20. quem doctrinæ causa libet hic enodare: ex Hebræo sic legimus, *Ruina* (Hebraicè Moches) *est homini de-*

borare

morare sanctas, & post vota retractare: quanquam septuaginta aliter transtulerunt: quidam pro deuorare legunt deuorare, vt sit duplex sensus. Vnus, Ruina est homini promittere se sanctos persecuturum, & iuxta vota emissa eos deinde male tractare: quemadmodum videtur legisse, & intellexisse Beda in commentarijs eiusdem loci. Alter, quem tradit Lyranus, Ruina est homini votum facere sanctis, & postea votum reuocare. Verum rectius alij legunt deuorare. Dicitio enim Hebraea plane significat deglutire. Est autem Hebraice sic ad verbum, ruina, seu laqueus est homini deglutire sanctum, vel sanctificationem, & post vota quarere, & est etiam secundum hanc lectionem, quae verior est, duplex expositio. Vna, Ruina est homini deuorare rem Deo consecratam, vel debitam, & postea per hypocrisim quarere, vota quibus Deus placetur, cum nimirum eiusmodi vota improbi hominis, accepta Deo non sint. Altera Caietani; laqueus est homini deuorare rem sacram, vt primogenita & alia debita sacerdotibus ex lege, & etiam laqueus est post vota emissa, inquirere an vota obligent, aut modum quarere non implendi votum, vt hoc vnico versu duplex sacrilegij genus comprehendatur, quae expositio probabilis admodum est. Reprehenditur igitur hoc loco Pergami Angelus propter Nicolaitas, quod scandalum alijs faceret, docentes licitam esse libidinem; quam ob causam Balaamo comparantur, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israëli. Ex quo colligitur, quantum malum sit scandalum, si quidem Episcopus Pergami eo reprehenditur, quod scandalum dantes Nicolaitas ferat. Huius peccati magnitudinem exaggerat Paulus 1. ad Cor. 8. Cum aduersus idolothyta manducantes, & ita scandalum praebentes infirmis sic arguit, *Si quis viderit eum qui habet scientiam in idolio (id est templo idolorum) recumbentem, nonne conscientia eius cum sit infirma, edificabitur ad manducandum idolothyta, & peribit infirmus in tua conscientia frater propter quem Christus mortuus est, sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis: in quem locum Diuus Chrysostr. primum obseruat verba illa, propter quem Christus mortuus est, quia videlicet qui scandalum praebet, destruit opus Christi, quod ipse sua passione perfecit. Deinde verbum illud, percutientes, Non dixit, inquit, scandalizantes, sed percutientes: Etenim omni plaga grauius est scandalum, cum saepenumero mortem afferat. Vnde ipse Paulus 1. c. 9. sequente, postquam multis probauit deberi ab auditoribus concionatori victum, lubiunxit se iuri illi voluisse cedere: dicens, sed non vis sumus hac potestate, sed omnia sustinemus, ne quod offendiculum demus Euan- gelio Christi. Non dixit euerfionem, inquit Chrysostr. sed offendiculum, neque simpliciter, sed aliquod offendiculum.*

Beda.
Liran.

Gravitas
scandaliz.
1. Cor. 8.

D Chrysostr.
Scandalizans
destruit opus
Christi.

1. Cor. 9. 12.

Tertio, reprehenditur quod non omnino ex suo Episcopatu libidinosos homines exterminaret: hoc enim nomine celsentur hoc loco Nicolaitae tanquam aemuli, & imitatores Balaam, quiippe qui docebant vagam venerem licitam esse. Pertinet igitur maxime ad praelati officium libidinem, quod eius fieri poterit, exterminare, & concubinarios ex sua diocese eos finibus longe pellere, iuxta ea quae sanxit Tridentina Synodus sessione 24. cap. 8. Sic enim Sara quae typum gessit Ecclesiae, cum vidisset filium Agar Aegyptiae, hoc est, Ismael ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham, *Eijce ancillam & filium eius: quod cum dure accepisset Abraham, audiuit a Domino, Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla; omnia quae dixit tibi Sara, audi vocem eius, Gen. 21. ludum vero istum Ismaelis cum Isaac, propter quem iubetur cum matre domo ejci, multi ad libidinem referunt: quod, vt melius intelligatur sciendum est verbum Hebraicum פָּחַדְחָה, quod ibi legitur, multa significare. Primum enim significat ludere. Secundo*

III.
Praelati offi-
cium, exter-
minare con-
cubinarios &
libidinosos.

Conc. Trid.
Ludus Is-
maelis cum
Isaac.
Genes. 23.
10. 12.



- idololatram committere: De utraque enim significatione potest accipi illud
- Exod. 32. 6. Exod. 32. *Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere*, Hebraicè *prax* letifacere, id est, vel ad ludendum, vel ad idololatrandum, certè Paulus de idololatriâ intellexit, ad Cor. 10. *Neque idololatra efficiamini, sicut quidam ex ipsis sicut scriptum est, sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere*. Tertio illudere, vt Gen. 39. 17. Genes. 39. *Venit ad me seruum Hebraeus quem introduxisti vt illuderet mihi*. Quarto, ridere Genes. 18. *Dixit Sara, non risi*. Hebraicè *mpix* tachaecti. Quinto occidere 2. Reg. 1. 14. 2. Reg. 1. 14. *Surgant pueri & ludant*, id est, occidant se inuicem digladiando. Sexto, denique venerem exercere Genes. 26. *Prospiciens Abimelec Palaestinarum Rex per fenestram, vidi Isaac iocantem cum Rebeca uxore sua*, id est, debitum vxori reddentem, vnde statim accersito eo ait, perspicuum est quod vxor tua sit. Hic multiplex orta est propositi loci expositio. Prima est Eugubini in annotationibus in Genesim interpretantis ludentem, seu ridentem, vbi etiam Lyranum reprehendit, quod in aliam expositionem deflexerit. Secundam & tertiam affert D. Hieron. Diuus Hieronymus de sententia Hebraeorum in traditionibus Hebraicis: *Sine*, inquit, *quod idola ludere fecerit, iuxta illud quod scriptum est, Exod. 32. Et surrexerunt ludere: sine quod aduersum Isaac, Ismael quasi maioris aetatis, ioco sibi, & ludo primogenita vendicaret, quod quidem Sara audiens, non tulit, & hoc ex ipsius approbatur sermone dicentis, ecce ancillam, & filium eius, non enim erit haeres filius ancilla cum filio meo Isaac*. Quam utraque expositionem affert & probat Rupertus lib. 6. in Genesim cap. 20. Quarta est Achatij apud Lipomanum in catena sua super Genesim: Ismaelem tentalle caute occidere Isaac, vt ad ipsum haereditas deueniret, cui videtur concinere illud ad Galat. 4. *Quemadmodum is qui secundum carnem natus erat, id est Ismael, persequabatur eum, qui secundum spiritum, id est Isaac*. Quinta est Caietani legentis facientem irridere, vt sit sensus, Ismaelem suasisse pueris æqualibus Isaac, vt ipsum irriderent, atque despicerent. Sexta est Pauli Burgenfis in additione sua ad vigesimum primum caput Genesim, quod nimirum Ismael videns tantum festum celebrari ab Abraham, in ablactatione Isaac fratris sui iunioris, factum irriserit, innuens frustra omnia fieri, cum ipse tanquam primogenitus in bona paterna deberet succedere. Septima, denique est aliorum, ludum huc ad lasciuia, & libidinem referentium (quam expositionem tangit Lyranus) quasi Ismael abuti voluisset Isaac, aut certè eum genus aliquod libidinis edoceret, quemadmodum docet Glossa interlinealis. Ex quibus expositionibus illæ videntur probabiliores, quæ lusum istum vel ad idololatram, vel ad turpitudinē referunt. De utraque autem possumus accipere illud Pauli ad Galatas 4. vbi lusum hunc persecutionem appellat, quæ enim maior persecutio esse potest, quàm ad peccandum allicere?

IIII. Debet igitur Episcopus, quem Abraham exprimit, instructus Dei, & Ecclesie præceptis, cuius typus est Sara, ancillam, & filium eius domo expellere, id est, libidinem, eiusque occasionem, quæ peccati quasi parens est & sua dicecisi exterminare, cum non satis est admonitio, nec villo modo ferre Nicolaitarum sobolem, cum videat tam acerbè hoc loco Pergamentem Episcopum, eam ob causam reprehendi: imò idcirco etiam Pontificem Heli capitis dedisse parras, vt refertur 1. Regum 4. Quod filios qui populum à sacrificio auocabant, & cum feminis ad ostium tabernaculi deuotionis causa excubantibus turpem consuetudinem habebant, leuiter obiurgallet, vt habes 1. Regum 2. in quem locum Beda, iuxta litteram, inquit, non negligenter intuenendum quod corripuit quidem filios Heli sed quia iustam correctionem spernentes abijcere super sedis, vna cum ipsis dispersit, quid ergo no-

stræ

Carnis peccata omnino ableganda.

1. Reg. 2. Beda.

stri similes merentur, qui emendare non audent, & quod cunctus populus clamitat nescire se simulant.

Multo aliter se gessit Paulus cum illo, qui cum sua nouerca turpiter uiuebat, eum enim Sathana tradidit Apostolus, quemadmodum ipse testatur ad Corint. 5. Omnino audiat inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat: Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu iam iudicavi ut praesens eum, qui sic operatus est, in nomine Domini Iesu Christi tradere huiusmodi hominem Sathana in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat, cuiusmodi autem fuerit haec Sathanae traditio, non uno modo explicari solet. Primo sunt, qui excommunicationem interpretantur, aientes eum hominem fuisse excommunicatum ab Apostolo, atque aded separatam a communione fidelium, quae expositio est D. Augustini sermone 68. de verbis Apostoli, & refertur in quaest. 3. cap. Omnes. D. Chrysostomi Homilia 15. in primam epistolam ad Corinthios, D. Ambrosij ibidem (quamuis eius non censeatur esse commentarij in epistolas Pauli.) D. Thomae in commentarijs eius loci, eamque innuit ibidem Theodoretus. Secundo, Alij sentiunt illum hominem iubente Paulo fuisse arreptum a Damono, Apostolosque habuisse potestatem Daemonia in rebelles homines immitendi, sicut & illa de corporibus pellendi: ita Diuus Hieronymus in eum locum & Claudius Guilandus in commentarijs super primam epistolam ad Corinthios, & innuit etiam Theodoretus ibidem. Tertio, Alij aegritudinem interpretantur ministerio Daemonis illatam, quemadmodum exponit Diuus Ambrosius libro 1. de poenitentia cap. 13. ubi docet, hanc traditionem fuisse similem illi, qua permessa est potestas Dagoni in Iob, cap. 2. tunc addit, magna potestas, magna gratia, quae imperat Diabolo, ut se ipse destruat: se enim destruit, cum hominem, quem tentando supplantare studet, ex infirmo fortiores efficit: quia dum carnem debilitat, mentem corroborat: illuditur ergo Diabolo, ut se ipse morsu suo vulneret, & confert salutem tra se armet, quem debilitandum putauit: sic & sanctum Iob manus armauit postquam vulnerauit, qui diaboli quidem morsum pertulit, sed venena non sensit: quam ob causam dictum est, Iob 40. Educes draconem in hamo, illudens eum sicut auem, ligabis eum sicut passerem, puer imponet super eum manum. Eodem modo locum intellexit Diuus Chrysostomus homilia 15. in priorem epistolam ad Corinthios: qui etiam exemplo Iob 40. 20. Iob utitur & subiungit. Non dixit, dare huiusmodi Sathana, sed tradere, aperiens ei poenitentiae ianuam, & tanquam pedagogo huiusmodi tradens. Caietanus etiam de vexatione corporali locum accipit quae mortem, non tamen repentinam afferret. Denique de vexatione corporali faciendae per Damonem, quae tamen excommunicationem consequeretur, interpretatur Hugo Cardinalis. Quod enim Damon ad hominem excommunicatum accedat, docet Antherus Papa ad Episcopos Hispaniae, & refertur in quaest. 3. cap. Ab sit. Inobediens, inquit, spirituali animaduersione truncatur, & eiecit ab Ecclesia rabido Daemonum ore discipitur. Et Diuus Augustinus serm. 68. de verbis Apostoli locum Pauli citatum interpretatur in eundem sensum: Omnis, inquit, Christianus, qui a sacerdotibus excommunicatur, Sathanae traditur: & habetur eadem causa, & quaestione, cap. Omnis: idem habes ibidem, cap. Audi, ex Diuo Hieronymo.

Quarto. Inuenitur Christus in Pergami Angelum, non eo precipue quod ferat in suo Episcopatu libidinosos homines, sed quod ferat libidinem docentes, eiusmodi enim erant Nicolaitae, qui libidinem licitam esse praedicabant, quam ob causam discipuli Balaam appellantur, qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel. Itaque cum aegritudine Deus ferat genus omnes perditorum

v.
I. Cor. 5.
Libidinosus traditur Sathanae.
D. August.
D. Chryso.
D. Ambros.
D. Thomas.
Theodoret.
D. Hieronym.
Claudius.
D. Ambr.
Damon vexando corpus, saepe affert salutem animae.
Iob 40. 20.
D. Chryso.
Caiet.
Hugo Car.
Antherus.
PP.
D. Aug.
D. Hieron.
D. Hieron.
D. Hieron.
D. Hieron.



hominum, longe iniquiori animo ferre solet scelerum artifices, ac magistros quam obrem maxime reprehenderunt illi Iudæi qui Hierosolymis erexerunt Gymnasium, in quo Gentilium leges ac mores docerentur, quamadmodum dicitur 1. Machabæorum 12. *In diebus illis exierunt ex Israël filij iniqui, & suaserunt multis, dicentes: Eamus, & disponamus testamentum cum gentibus, quæ circa nos sunt, quia ex quibus recessimus ab eis, inuenerunt nos mala: & bonus visus est sermo in oculis eorum, & adificauerunt Gymnasium in Hierosolymis, secundum leges nationum: id est, vt interpretatur Lyranus, scholam, in qua docerentur, & addiscerentur leges, & statuta Gentilium. Non defunt etiam, qui hoc Gymnasium de prostibulo puerorum accipiant, quemadmodum testatur Hugo Cardinalis in eum locum. Cui expositioni concinit illud quod dicitur 2. Mach. 4. nimirum Iasonem fratrem Onia summum Sacerdotium ambientem promississe Antiocho talenta trecenta sexaginta, & ex alijs redditibus talenta octoginta, & alia præterea centum quinquaginta, si sibi faceret potestatem constituendi Hierosolymis Gymnasium & Ephemiam, id est, lupanar, seu prostibulum Ephemorum, hoc est adolescentium: quod cum Rex annuisset & obtinuisset principatum, statim ad Gentilem ritum contritibiles suos cepit transferre. Quanquam hoc loco Lyranus duo docet Iasonem postulasse. Primum, vt posset Gymnasium secundum leges nationum extruere, cuius facta est mentio 1. Machabæorum 1. Deinde Ephemiam, seu prostibulum elegantium puerorum, quod additur 2. Machabæorum 4. quæ sententia est admodum probabilis.*

Subscriptio literarum ad Pergami Angelum explicatur.

Apc. 2. 17. *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.*

SECTIO III.

I. **S**UBSCRIPTIONIS loco in literis, quæ ad Episcopum Pergami dantur, Silla ponitur præclara sententia: *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Et quidem quod attinet ad manna absconditum, Prima expositio est D. Augustini, seu Ticonij, Bedæ, Ruperti, Arethæ, Primalij, Ansberti, Hugonis Cardinalis, & aliorum, *Per manna absconditum sacramentum Eucharistiæ intelligentium.* Notarunt verò Beda, & Rupertus, illud, *Vincenti,* referendum esse ad castitatem, cuius aduersarij erant Nicolaitæ, vt significetur vnâ ex dispositionibus præcipuis quæ ad communionem afferendâ sunt, esse mentis, & corporis puritatem. *Vincenti,* inquit Rupertus, *dabo manna absconditum, nam in isto gradu vincere est doctrinam Balaam, id est, fornicationes, primum in semetipso per virtutem continentia: Deinde in alijs per scientiam destruere, qui autem hoc modo vincit, ille sacramentum corporis & sanguinis Domini digne percipit, sicut è contrario, ille qui vincere negligit accedens ad hoc sacramentum, iudicium sibi manducat & bibit, 1. ad Corinth. 11. Rectè ergo dicitur, Vincenti dabo manna absconditum, id est, munditiam corporis & cordis custodienti, dabo panem verum, cuius figura fuit manna, quod filij Israël manducauerunt. Dicitur autem manna absconditum, quia in hoc sacramento aliud oculis cernitur, aliud fide creditur. Verum de hac expositione inferius fusè disse-*

D. Aug. 1.
Ticon.
Bed. Rupert.
Arethas.
Primas.
Ansbert.
Hug. Card.
Castitas dis-
positio ad
Eucharistiâ.

1. Cor. 11. 29

Richar. de S.
Vitt.

remus. Secunda expositio est Richardi de S. Victore. Per *manna absconditum*, intelligentis Diuinitatis arcana, quæ beatis in caelesti gloria aperiuntur, & modo promittuntur Vincentibus. Ait verò Richardus, *Arcana Diuinitatis, dici quidem manna, propter suauitatem ac dulcedinem, quæ beati Deum intuentes perfruuntur: iuxta Illud Psal. 30. Quam magna multitudo dulcedinis tua Domine.* Absconditum verò manna appellari, quoad præsentem statum, in quo, *nemo Deum vidit unquam*, Ioan. 1. 18. & Exod. 33. *Non videbit me homo & viuet*, id quod etiam Regius vates loco paulo ante citato declarauit subiungens. *Quam abscondisti timentibus te: id est, tanquam thesaurum pretiosissimum reconditam, ac repositam habes, suo tempore timentibus te impertiendam.* Eandem expositionem affert etiam Hugo Cardinalis illud præterea adiungens, cum dicitur *manna absconditum*, alludi ad manna illud, quod (vt refertur Exod. 16.) repositum fuit ex præcepto Domini in arca fœderis in vase quodam, seu vna aurea inclusum, quemadmodum explicauit Paulus ad Hebr. 9. *Quia quemadmodum manna illud materiale abditum erat in arca fœderis, ita gloriæ dulcedo, dum in hac vita agimus, abscondita est mortalibus.* Tertia expositio est aliorum: Per *manna absconditum*, Christum ipsum absolute intelligentium, qui fuit absconditus, primò in sacrificijs Abel, Noë, Abrahamæ, & reliquorum Patrum, secundò, in legis figuris ac cæremonijs, tertio, in carne sub qua diuinitatem gerebat occultatam: quarto in Sacramento Eucharistiæ. Quarto expositio est Diui Bernardi libro de conuersione ad clericos cap. 21. vbi *manna absconditum* interpretatur dulcedinem, per in rerum caelestium contemplatione percipitur: quo etiam sensu accipit nomen nouum quod nemo scit, nisi quis accipit. *Quia, inquit, non illud eruditio, sed vnctio docet, nec scientia, sed conscientia comprehendit.*

Quod verò attinet ad *calculus candidum*. Primo Diuus Augustinus, seu Ticonius, & Beda, illud ad Baptismum referunt, vbi datur calculus candidus, id est, corpus ipsum abluitur, & anima gratia, virtutumque opibus exornatur. In quo calculo, inquit Augustinus, *nomen nouum scriptum est, id est, notitia filij Dei, quod nemo scit, nisi quis accipit, nimirum ex diuina reuelatione, vbi vides Augustinum illud, accipit, non ad calculum, sed ad notitiam referre.* Beda verò nomen nouum, ad filiorum Dei appellationem spectare existimat, vt nimirum *filij Dei nominemur & simus*, 1. Ioannis 3. Secundò, Richardus idem, per *calculus*, atque per *manna* significari arbitratur, ipsam videlicet gloriæ possessionem, quam docet appellari *calculus* propter stabilitatem æternitatis, *candidum* verò propter immortalitatis candorem. *Nomen* denique *nouum*, scriptum in calculo, diuinam ait esse notitiam, quæ ex diuinæ nature conspectu nascitur, quam perspicuum est neminem habere posse, nisi qui Deum viderit: huius expositionis etiam meminit Hugo Cardinalis, illud adiungens, nomen nouum esse nouam quandam appellationem, quæ beati in cælo Iesuani, seu Iesuiter, hoc est, saluati vocari debeant. Tertio Rupertus, cum per *manna absconditum*, anima gloriâ intellexerit, per *calculus candidum* gloriâ accipit corporis, quia nimirum gloriosa corpora instar calculi solida erunt, & corruptionis expertia, & instar calculi candidi mirum in modum fulgentia, *nomen* verò *nouum* eam vult esse nobilem appellationem, quæ beati tunc demum perfecti filij Dei, & nominabuntur, & erunt: cuius nomenclaturæ dignitatem, ac præstantiam iidem dumtaxat planè intelligent. Eandem etiam expositionem tradit Hugo Cardinalis, qui præterea vult omnes quatuor dotes gloriosi corporis hæc similitudine comprehendere, significarique per duritiem calculi, dotem impassibilitatis, per candorem, claritatem, per

Arcana diuinitatis, manna absconditum. Psal. 30. 20. Ioan. 1. 18. Exod. 33. 20. Exod. 16. 32. Ad Heb. 9. Christus manna absconditum. D. Bern. Contemplationis dulcedo.

II. D. Augustin. Ticon. Beda. Calculus candidus, gratia Baptismi, vel gloria possessio. 1. Ioan. 3. 1. Richard. Nomen nouum, notitia diuina, vel appellatio beatorum. Hugo Card. Rupertus. Hugo Card. Similitudo gloriosi corporis cum calculo.

nouum nomen scriptum in calculo, obedientiam, & subiectionem corporis ad animam, quæ duas reliquas dotes complectitur. Nam qui ad imperium animæ corpus promptissimè, & citissimè mouebitur, indicatur dos agilitatis, quia verò quod anima iullescit, continuo omnia peruadens se transferet, dos subtilitatis exprimitur.

III. Quarto Ambrosius Ansbertus, *calculum candidum* carbunculum interpretans vult eo Christum significari, qui carbunculi instar in tenebris lucet, mundumque vniuersum doctrinæ & gratiæ suæ splendore collustrauit. Igitur *Vincens*, inquit, *dabo calculum candidum*, id est me ipsum, & per adoptionis gratiam confortem, & cohæredem meum in regno Patris efficiam. Deinde *nomen nouum*, Christiani appellationem interpretatur, iuxta illud *Esaiæ 62. Vocabitur tibi nomen nouum*, quod *os Domini nominauit*: quod nomen quamquam commune sit etiam reprobis, rectè tamen dicitur, quod nemo scit nisi, qui accipit, quia nosse Christi nomen, cum obseruatione mandatorum coniunctum est iuxta illud *Ioannis 2. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est*. Vnde & Paulus de quibusdam dicit ad Titum 1. *Confitentur se nosse Deum, facti autem negant*. Quare accipere, inquit, ad gratiam diuinæ prædestinationis refertur. Eandem expositionem, tam de calculo, quam de nomine, tradidit Ioachimus, qui addit, *scire igitur quantæ dignitatis est vocari a Christo Christianum, nemo scit, nisi cui scire datum est, quod proprium est eorum, qui vicerunt concupiscentiam, & oculum aduersarium prostrauerunt*. Quinto *Prima Gemma pretiosa, adoptio Dei*, quæ fide, & charitate continetur, quam adoptionem Christianorum nominis, & noua appellatio consequitur. Eam verò ait, sicut hoc loco calculus candidus, id est gemma pretiosa dicitur, ita à Christo margaritam fuisse appellatam, quam prudens ille negotiator inueniens osinium bonorum suorum venditione emisse, & comparasse dicitur, *Matth. 13. Sexto, Alij in quibus est Ambrosius Ansbertus*, aiunt, posse etiam per hunc calculum charitatem intelligi, quæ candorem habet, & ignem, candorem quidem quia vestis est, ignem quia amor est. Quam ob causam Apocalypsis 15. dicitur de sanctis prædicatoribus: *Exierunt de templo vestri lapide mundo, & candido*. Igitur datur vincens calculus candidus, id est, ut diligant Deum, & proximum: datur etiam in calculo nomen nouum, ut nimirum ipsam dilectionem adimpleant in mandato nouo, iuxta illud *Ioannis 13. Mandatum nouum do vobis, ut diligatis inuicem, quod nemo scit, nisi qui accipit*, quia charitatis virtutem ignorat, qui quis eam in mandato nouo non seruat. Denique *Alij, in quibus est Hugo Cardinalis, Calculum candidum Christum Dominum in Eucharistiæ Sacramento interpretantur*. Hæc sunt quæ sparsim tradunt interpretes: quid verò nos sentiamus, ex sequentibus planum fiet.

Quàm aptè Christus in Sacramento manna absconditum appelleretur.

SECTIO IIII.

I. **E**X omnibus expositionibus quas de manna commemorauimus, illa & communior est, & excellentior, quæ per *manna absconditum* Christum intelligit, qui modo in Sacramento Eucharistiæ fidelibus occulto, modo per communionem datur: postea clarè per visionem beatificam ipsam eam victoribus communicandus, quam propterea fusius operæpretium duximus explicare. Manna igitur figuram

figuram Eucharistici panis fuisse, Christus ipse docuit Ioan. 6. ubi de Eucharistia Sacramento à se instituto differens ait, *Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt: hic est panis de caelo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur.* Quod etiam alludit Paulus cum dixit. 1. ad Corinth. 10. *Patres nostri omnes sub nube fuerunt, omnes eandem escam spiritualem manducaverunt.* Quo loco Apostolus cum manna escam spiritualem appellavit, plane significavit typum fuisse alterius veri manna: Sic enim argumentatur Tertullianus libro 5. contra Marcionem, ex illo loco Pauli ad Romanos 7. *Scimus autem quoniam lex spiritualis est, confirmat utique eam figuram esse & prophetiam rerum futurarum.*

Ioan. 6. 31.
1. Cor. 10. 4.
Tertull. Ad Rom. 7. 14.

Iam illud quaeres, in quonam manna illud materiale Christum in Sacramento adumbraverit: Primum igitur, viso manna, dixerunt, Hebraei, *Manhu*, id est, quid est hoc? unde & nomen ipsum: quæ admiratio multo magis quadrat in panem Eucharisticum propter ea miracula, quæ eo conficiendo continentur. Quamquam Cyrillus Alexandrinus lib. 3. in Ioannem, cap. 34. docet fuisse expressum, & significatum, Iudæos non cognituros esse Christum, imò cum per contemptum reiecturos, dicentes, *Quid est hoc? Adde neque credituros mysterij Eucharistiae maiestatem.* Secundò dicebatur manna, panis Angelorum, ut est perspicuum ex Psalm. 77. *Pluit illis manna ad manducandum, panem caeli dedit eis, panem Angelorum manducavit homo.* Sic verò dicebatur, quia conficiebatur ministerio Angelorum, & populo de caelo mittebatur, atque huc alludens Christus Dominus agens de Sacramento Eucharistiae dixit Ioan. 6. *Ego sum panis vivus, qui de caelo descendi: ministri autem Angelorum, id est, sacerdotum conficitur, nec iam ipsi Angeli effectores, sed adoratores sunt, quemadmodum docet Sanctus Nilus monachus, D. Chrysostomi discipulus, qui scribens ad Anastasium Episcopum de ipso diuo Chrysostomo, sic ait: Sæpe vidit in Ecclesia Angelos, sed maxime tempore sacrificij Missæ: itaque admiratione, & lacrimis plenus amicis multum spiritualibus seorsum narrabat, quemadmodum cum sacerdos oblationem sanctam facere inciperet, plurimi Angeli è caelo delapsi, splendidissimis stolis induti, nudo pede, aspectu intento, vultu demisso circumstantes altare magna reverentia, & quiete, ac silentio, usque ad mysterij consummationem assistunt. Deinde discurrunt huc, atque illic per totam Ecclesiam, Episcopos, & Presbyteros, qui corpus, & sanguinem distribuunt, adiuvant, & corroborant. Tunc addit. Hæc scribo, ut intelligentes quanti tremoris sit diuina Missa, nec ipsi remissi timorem Dei negligatis, nec illos alios loqui, aut musitare tempore oblationis, neque innuere audacter aut à statu gravitatis dimoveri, ne huc, atque illic circumspicere, aut igne & dispersis vagari permittatis.* Hactenus Nilus. De quo testimonio legendus est Turrianus, posteriori suo tractatu de Eucharistia capite secundo, quo etiam pertinet illud Pauli. ad Corinthios vndecimo. Cum præcipit mulieribus orare in Ecclesia aperto capite propter Angelos. Aliam quoque rationem, cur panis vinificus dicatur panis Angelorum, tradit Dionysius Arcopagita, libro de caelesti hierarchia cap. 1. *Quia, inquit, Participatio Christi quæ nobis circumdatur, id est, in Sacramento Eucharistiae traditur, Angelis datur & participatur, id est, super naturam huius mundi, videlicet sine Symbolis.*

II.
Manhu. I. quid est hic de Eucharistia. Cyrillus. Alex.
Iudæi increduli, circa mysterium Eucharistiae. Psalm. 77. 24.
Ioan. 6. 35. Panis Angelorum. S. Nil. D. Chrysost.
Angeli assistunt sacrificio Missæ.
III.
Manna de caelo statim fidei.
Exod. 16. Nume. 11.

Tertio. Manna de nocte invisibiliter descendebat de caelo Numerorum 11. ubi per noctem fidei status intelligitur, quæ cum id quod credit non videat, certo tamen credit Christum invisibiliter sese in Sacramento præsentem exhibere. Quarto. Descendebat tantum circa castra Hebræorum, Exod. 16. & Numerorum 11. quia videlicet huius Sacramenti conservatio solum in Ecclesia reperitur.



Defecit mā-
nam terra
promissionis.

hoc est, solum fit a legitimis sacerdotibus ac tite consecratis. Quintò. Datum fuit Hebraeis dum per desertum iter facerent, defecitque ubi primū ingressi sunt in terram promissionis. Sic enim Sacramentum Eucharistiæ solum in deserto huius vitæ communicatur fidelibus, ubi enim in terram promissionis, hoc est in caelestem patriam ingrediuntur, manifesto iam Christi conspectu perficiuntur, id, quod etiam eo expressum fuit, quod manna id Sabbato non descendebat: Etenim in Sabbato illo sempiterna quietis (id enim Sabbatum Hebraicè significat) iam non sub speciebus sacramentalibus, sed facie ad faciem Christum intuebimur. Sextò. Mirum est, quod manna illud soli expositum liquefiebat, & tamen ignem sustinere poterat, coquebatur enim, atque adeo durum ac solidum reddebatur. Vtrumque habes Exodi 16. & Numerorum 11. Ita manna Eucharisticum amoris ignem, rationisque ab eo, ac fide profectas optimè sustinet. At curiositatis humanae importunitatem, quæ ad solem, hoc est evidentiam rationis, naturalæque tantum lumen, profundissimum & abditissimum mysterium exigit, ferre non potest.

Exod. 16. 22.
Num. 11.

Septimò. Manna illud sapiebat id, quod quisque superet. Quemadmodum dicitur Sapientia 16. *Angelorum esca nutritiisti populum tuum, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem, substantiam enim tuam, & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas, & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, conuertebatur, quod quanquam absolute accipiunt Hebraei, ut auctor est*

III.
Sapient. 16.
20.

D. Hieronymus
Psalm. 147. 14.
Omnium sa-
porum sua-
uitas ex mā-
na solis in-
stis.

Num. 11. 8.
Exod. 16. 31.

Abul.
Lyranus.

Num. 21. 6.

Finis Adr.
Cesar. Are-
lat.

D. Gregor.

Suauitas Eu-
charistiæ.

Cæsarius.

Paschas.

D. Hieronymus in illa verba Psalmi 147. *Et adipe frumenti faciat te.* Probabilius tamen est, id miraculum iustis dumtaxat contigisse: ceteris verò retinuisse manna suum illum insitum saporem, qui erat sicut panis oleati, quemadmodum dicitur. Numerorum 11. illis verbis. *Circumibat populus, & colligens illud frangebatur mola, sive traherebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.* Additur verò Exodi 16. *Gustusque eius, quasi similia cum melle.* Quod autem saporum illa mutatio solis iustis contingeret, loco sapientia paulò ante citato, expressum videtur, cum dicitur. *Dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas, deseruiens vniuscuiusque voluntati, &c.* Ex his enim verbis id ipsum probat Abulensis quæst. 5. in caput 9. Exodi, & quæstione 13. in decimum sextum caput Exodi, & quæstione 16. super caput vndecimum Numerorum. Et Lyranus in 16. caput Sapientia. *Quo loco in huius rei confirmationem affert illud, quod plerique Hebræorum dicebant Numerorum 21. Anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo: Quibus verbis fatebantur improbi sibi manna, non quidquid volebant, sapuisse. Eandem sententiam tuetur Finis Adrianus libro octavo, flagelli contra Iudæos capite 17. Cæsarius Arlatensis Episcopus, homilia 5. de Pascha, & referatur tomo septimo Bibliothecæ sanctorum Patrum. Denique idem affirmat Diuus Gregorius libro 6. Moralium capite 9. *Manna, inquit, omne delectamentum, atque omnis saporis suavitatem in se habuit, quod videlicet in ore spiritualium iuxta voluntatem edenium saporem dedit: Id quod quamuis Greg. ad verbum Dei referat, aptius tamen quadrat in Sacramentum Eucharistiæ, cuius multiplicem dulcedinem, non nisi iusti sentiunt, quod eleganter Cæsarius loco citato his verbis exposuit. *Illud legis manna calidum illapsum per multimodas suauitates pariter meritum & generis sui excedebat intuitum, & cum creaturam suam dispensatio largitoris multiplici diuersitate condiret, præbebat gustum, quod ignorabat aspectum, iuxta propientis desiderium, esca illius nouit, & dignitas nascebatur. Quod igitur illic auisus faciebat, hic fides faciat, quod si in corpore cibus sapiat, in pectore Deus credulitate proficiat.* Legendus est Paschasius Abbas libro de corpore & sanguine Domini cap. 10.**

Octavo. Mirum etiam est quod dicitur, Exod. 16. *Collegerunt alium manna III. Exod. 16. 17.* *magis, alius minus, & mensi sunt ad mensuram Gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus, sed singuli iuxta id quod edere poterant, congregauerunt. Quod miraculum Abulensis, quaestione septima in decimum sextum cap. Exodi sic intelligit: vt quamuis re ipsa alij plus de manna quam alij colligerent, prout quisque magis vel minus indigebat: tamen cum veniebatur ad mensuram, qua publice erat proposita, omnes reperirent eundem tantum Gomor, qua erat quantitas pro singulis definita, illis enim, qui plus collegerant, condonabatur manna diuinitus: ijs vero, qui minus, rarefiebat. Fiebat etiam diuinitus, vt id quod quisque colligebat, ipsi sufficeret. Quod ad mysterium Eucharistiae refert Rupertus libro 3. in Exodum cap. 17. Hoc, inquit, pro virtute cibi, & spiritalis potus, id est, corporis & sanguinis Christi sciendum & firmiter tenendum est, quod non pro quantitate portionis, quam quisque ore percipit secundum visibilem speciem panis, & vini, alius plus, alius minus consequitur de gratia uiuificantis spiritus: sicut enim Adam, cuius nos iniquitatem portamus, non pro quantitate morsus sui, siue pomi, quod momordit, sententiam & damnationem istam accepit, tantumque illi valuit pomum vnum momordisse, quantum si quisquid pomorum in arbore illa fuit, deuorasset: sic e contrario, vnusquisque nostrum, non pro quantitate portionis cuius panis, qua ius fragitur, quam ore sumit, aut dentibus terit, gratiam & vitam accipit. In eundem sensum hanc etiam figuram tractat Casar. Arelat. Episcopus loco citato. Quia benedictio, inquit, huius sacramenti scilicet distribui, nescit distributione consumi. Idemque docet Guimundus Archiepiscopus Auerlanus, libro 1. de corporis & sanguinis Christi veritate in Eucharistia. Denique hoc ipsum miraculum in semine coriandri, cui manna simile dicitur Exodi 16. potest etiam eleganter obseruari. Etenim Philo Iudaeus libro 2. allegoriarum sacra legis docet ex rei rusticae peritis, coriandri semen, etiam si minutissimè concidatur, singulas tamen portuunculas & micras germinare, non secus quam coriandrum integrum: quod Philo quidem verbo Dei accommodat, quod vel minima sui particula prodest audientibus, fructumque virtutis producit: sed bene quadrat in Eucharistiae mysterium, in quo tantundem virtutis continent singulae particulae diuinae hostiae, quantum hostia integra.*

Nono. Simul cum manna descendebat ros, quemadmodum dicitur Exodi. V. *16. Mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum, cumque operuisset superficiem terra, apparuit in solitudine minutum, quasi pilo tussum in similitudinem pruinæ super terram. Et Numerorum. 11. Cumque descenderet nocte super castra, ros descendebat pariter & Manna. Rabbi Salomon locum Exodi citatum sic intelligit, vt primo caderet pruinæ super terram, deinde manna de super: tum ros aliquantulum concretus, ita vt manna esset intermedium ac repositum inter duo veluti stramina pruinæ, & roris, quod purum, & immune à sordibus colligeretur à populo: nam quod prius descendebat pruinæ, & super eam manna, colligit Rabbi Salomon ex illis verbis, Numerorum 11. Cumque descenderet ros super castra, descendebat pariter & Manna: pro quo est Hebraice, Descendebat super eum manna. quod autem rursus super manna ros descenderet, ostendit ex illis verbis Exod. 16. Quæ Hebraice sic habent, Mane quoque fuit operimentum roris. Quæ ille interpretatur de rore paululum concreto, qui esset ipsius manna operimentum, & quo, oriente sole, liquefacto maneret manna discoopertum: hoc enim sensu accipit verba consequentia, Et ecce in solitudine minutum discoopertum, id est manna, quod erat minutum instar granorum*

Rabbi. Salo.
Lyran.
Abulenf.

coriandi, apparebat liquefacto rore discoopertū. Hanc Rabbi Salomonis sententiam refert & sequitur Lyranus in 16. cap. Exodi: eam etiam commemorat, & ex parte approbat Abulenfis in commentarijs eius loci, & questione decima octava super undecimum caput Numerorum. Priore autē loco eum ponit ordinem in descensu manna, ut prius Deus mitteret ventū, qui superficiem terræ purgaret; deinde descenderet pruina, tum verò manna: idque ait colligi ex illis verbis Numerorum 11. *Cum descenderet ros, descenderet pariter & Man.* In eo autem dissentit à Rabbi Salomone, Lyrano, & alijs Hebræis, quod non admittat illud roris operimentum, quod ipsi addunt super manna. Vides igitur antequam manna descenderet, mitti solitam pruina, ut manna purum reciperetur, in quo expressa est ea puritas, quam nostrum manna viuificum in accedentibus requirit, præcipue vero castitas, que per pruina candidissimam optimè intelligitur. Deinde cū descenderet manna descendebat pariter & ros: quia descendente manna Eucharistico, & communicato fidelibus, descendit simul ros diuinæ gratiæ, quæ longè copiosius in hoc sacramento; quàm in cæteris tribuitur.

VI.
Exod. 16. 32.
D. Ambros.
Paschas.
Capit. 5.

Decimo. Dicitur Exodi 16. Saporem manna fuisse quasi simile cum melle, quod egregie consentit cum pane Eucharistico, de quo Ambrosius lib. 5. de sacramentis cap. 3. & Paschasius Abbas libro de corpore & sanguine Domini cap. 10. intelligunt illud Canticorum 5. *Veni in hortum meum soror mea sponsa, miscui murrham meam cum aromatibus meis, comedi panem meum cum melle meo, & bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi.* Quo loco aduertendum est Septuaginta transtulisse, *comedi panem meum cum melle meo*; quo fit ut rectè hunc

Dulcedo sacrae synaxiu.

locum ad Christum plerique referant hoc sensu, vsque adeo, inquit Christus, mihi incundum fuit pro hominibus mortem oppetere, ut sacramentum instituerim, in quo hanc mortis, & passionis meæ recordationem fideles assidua commemoratione replicarent, præcipiendo nimirum illis, ut de hoc pane comederent, ac de vino biberent, & spiritali dulcedine, quæ melli comparatur, perfunderentur. Undecimo, manna singulis diebus colligebatur, præterquam in Sabbato. Quod expendens Theodoretus in questionibus super Exodum: eam reddit rationem quæst. 31. voluisse Deum docere illum populum quandam vitæ rationem curis liberam, vnde quia aliqui diffidentes in posterum diem seruauerunt, eam ob causam manna computruit, & vermibus scatens repertum est. Quod enim id non manna vitio accideret, finem facit Sabbatum, in quo integrum seruabatur: cur verò Sabbato non plueret, aliam affert Theodoretus rationem quæst. 32. Quia videlicet cum Deus Hebræis lege præcipisset quiescere die Sabbati; voluit quoque ipse suo exemplo eos ad præceptū seruandum incitare. Verum ut ad mysteria veniamus: manna singulis diebus colligebatur præterquam in Sabbato, in typum panis Eucharistici, qui sæpe dum hanc vitam agimus sumendus est: Nam cum Sabbatum illud sempiternum aduenerit, iam non sub velamine specierum, sed facie ad faciem Christo communicabimus.

Frequenter accedendum ad sacramentum mensam. Panis quotidianus super substantialis.

VII.
Math. 6.
Tertullian.
D. Cyprian.
D. Hieron.
D. August.
Chromat.
Chrysol.
Rabban.
D. Ambros.

Atque hanc ob causam, panis iste quotidianus appellatur in oratione Dominica, Luca 11. Sic enim ibi vertit Latinus interpres, cum Math. 6. transtulisset *super substantialis*. De Eucharistia enim panem quotidianum interpretantur Tertullianus libro de oratione Dominica, Diuus Cyprianus in expositione orationis Dominicæ, & libro 4. epistolarum, epist. 6. Diuus Hieronymus contra Pelagianos, Diuus Augustinus libro 2. de sermone Domini in monte cap. 12. Chromatius in Mathæum cap. 6. Petrus Chrysologus serm. 68. Rabbanus lib. 1. de institutione sacerdotum cap. 3. & D. Ambrosius libro 5. de sacramentis, capit. 4.

vbi inter alia, si quotidianus, inquit, est panis, cur post annum illum sumis? sic vine, ut
 quotidie merearis accipere. Sed aduertendum est, pro quotidiano, haberi Græcè
 ἐπιούσιον, quam dictionem, primo quidam interpretatur super substantialiẽ, vt
 dicatur, iste panis super substantialis, id est, omnes creaturas longè superans: quæ
 expositio est Ioannis Cassiani collatione 9. cap. 21. ἐπιούσιον, inquit, dicitur, quia
 super omnes substantias est, omnesque creaturas magnificentia, & sanctitatis eius oblimitas
 excedit. Eandemque tradit Diuus Ambrosius libro 5. de Sacramentis cap. 20.
 Secundò, Alij ἐπιούσιον, substantialẽ interpretantur, id est, ad substantiam ho-
 minis pertinentem, vt nimirum deducatur à Græco nomine εἶσιον, quod substan-
 tiam significat. Quam expositionem probabiliorem arbitrat Episcopus Gan-
 dauensis cap. 41. lxx concordia Evangelicæ: quæ etiam modo videtur intelle-
 xisse Diuus Basilius in questionibus compendio explicatis, quæst. 252. & Theo-
 phylactus in sextum caput Matthæi. Eamque etiam affert Diuus Ambrosius lo-
 co paulò ante citato. ἐπιούσιον, inquit, dicitur, quia anima nostra substantiam sulcit.
 Tertio, Diuus Hieronymus in Mathæum, præcipuum, seu eximium interpre-
 tatur: In Græco, inquit, habetur ἐπιούσιον, quod verbum septuaginta interpretes
 ἐπιούσιον frequentissime transferunt, considerauimus ergo in Hebræo, & vbi-
 cunque septuaginta interpretes Periuision, expresserunt, nos inuenimus, Segullah, quod Symmachus
 ἐξαίρετον, id est, præcipuum, seu eximium transtulit, licet quodam in loco peculiari interpretatus sit. Hæc
 ille. Et quidem ἐπιούσιον, sumi pro acceptabili, & peculiari perpicuum est ex
 Paulo ad Tit. 2. Et mundaret sibi populum acceptabilem: Græcè πελώσιον, id quod
 videtur desumpsisse Paulus ex Deut. 7. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus
 peculiaris, vbi Septuaginta transtulerunt πελώσιον, significat etiam possessionem,
 Esal. 134. Elegit Dominus in possessionem sibi: Septuaginta, & Theodotio transtule-
 runt πελώσια σου. Aquila, & quinta editio πελώσιον: certumque est illud
 quod ait Hieronymus, Symmachum pro eo quod in Hebræo est הַרְבֵּי & apud
 Septuaginta πελώσιον reddidisse ἐξαίρετον, hoc est, eximium & egregium.
 Quæ translationum varietas ortum habet ex varia significatione præpositionis
 ἐπι, quæ interdum significat circum, interdum etiam eminentiam, vnde qui
 transtulerunt, acceptabilem, peculiarem, possessionem sumunt ἐπισαν, pro fa-
 cultatibus & substantia, & ἐπι, pro circum, vt πελώσιον idem sit, atque quod
 est in nostris facultatibus, & possessionibus & circum nostra bona, quasi pecu-
 liare, & proprium qui vero transferunt eximium & egregium sumunt ἐπισαν pro
 substantia, & ἐπι pro eminentia, vt πελώσιον idem sit, atque id quod reliquis
 omnibus substantijs excellit, id quod verissimè est de pane Eucharistico. Quar-
 tò Diuus Ambrosius lib. 5. de Sacramentis cap. 4. docet latinum interpretem
 transtulisse quotidianum, ex eo quod Græci aduenientem diem appellent ἐπιού-
 σιον, seu ἐπιούσιον ἡμῶν, iuxta quam nominis interpretationem, quæ optime
 exponit vulgati interpretis Lucae II. versionem, dicendum est, nomen Epiuision,
 non deduci à nomine Vsa, nec à verbo εἶμι, id est, sum, sed à verbo ἐπιμι, quod
 significat ire, vnde ἐπιμι, id est, aduenio, vt panis epiuision, idem sit quod panis
 quotidianus, quasi quotidie adueniens: in quem sensum Diuus Hieronymus
 loco citato testatur in Euangelia, quod dicitur secundum Hebræos, se pro pane
 substantiali reperisse mahar, id est, crastinum: & eandem ob causam Severus
 Alexandrinus Patriarcha libro de ritibus baptismi, & Synaxeos apud Syros re-
 ceptis (vt testatur ibidem Diuus Hieronymus,) panem indigentia nuncupavit,
 quæ omnes interpretationes, & literæ, & mysterio consentaneæ sunt, sed vlti-
 ma ad similitudinem manna, quam prosequimur, maximè pertinet.

Ioan. Cas-
sian.
D. Ambros.
Episcop.
Gandaen.
D. Basilius.
Theophil.
D. Ambros.
D. Hieron.

Ad Tit. 2.
Deut. 7. 6.
Psal. 134. 4.

D. Ambros.
D. Hieron.
Seuer. Alex.

Quod verò Messias deberet esse manna, quo fideles alerentur, vel ipsi Rabbi Hebræorum, qui Christum præcesserunt, confitentur: nam in primis Rabbi Cathana in commentarijs super Genesim, in illa verba capitis 49. quæ ille sic legit: *Ligans ad vitem civitatem suam, lauabit in vino vestem suam, & in sanguine vine pallium suum. Hac inquit, verba, Ligans ad vitem Civitatem, ostendunt sacrificium futurum ex vino, in quo vino transmutabitur in substantiam sanguinis Messia: quod autem sequitur, Rubicundiores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores: illud significat, quod in sacrificio quod etiam ex pane conficietur, non obstante quod album sit vel ut lac, converteretur substantia in substantiam corporis Messia, erisque in ipso sacrificio substantia sanguinis Messia rubra ut vinum. Secundò Rabbi Moyses in Psalmum 135. super illi verba. *Qui dat escam seu panem, omni carni: quoniam in æternum misericordia eius, hoc est inquit, quod dicitur Psalm. 33. Gustate & videte quoniam bonus est Deus, quia nimirum panis quem dat omnibus, ipse Rex Messias, & caro eius, & hoc quod dicitur, Gustate & videte quoniam bonus est Deus, & erit hoc mirabile magnum. Tercio. Psalm. 32. ubi nos legimus, *Erit firmamentum in terra in summis montium, habet veritas Hebræa, erit placenta frumenti, vel fructum frumenti in terra in capite montium. In quem locum Rabbi Salomon: Magistri, inquit, bona memoria exposuerunt hoc esse genus placentarum in diebus Messia. Quod autem Messias ipse futurus esset hæc placenta frumenti, exposuit Rabbi Berachias nomine Rabbi Isaac his verbis. *Sicut Redemptor primus, id est, Moyses, fecit descendere manna, Exodi 16. ita redemptor ultimus, id est, Messias, erit placenta frumenti in terra. Imo Rabbi Ionathas in sua paraphrasi Chaldaica sic locum eundem transtulit, *Erit sacrificium panis in terra in capite montium Ecclesia: Quamvis enim nos modo in Chaldaica paraphrasi ita legimus, *Erit substantificus panis in terra in capite montium: Testatur tamen Galatinus libro 10. Arcanorum cap. 4. cum paraphrastem non esse Ionatham Ben, seu filium Vselis, sed Rabbi Akilam, seu Rabbi Ioseph: ipsum enim Rabbi Ionatham locum plane transtulisse sicuti diximus, nec eius interpretationem in psalterium, quamvis rarissima sit, negandam esse, cum passim citetur ad Hebræis, & Besempheer Kibucim, id est, in libro Collectionum crebro illius fiat mentio: in quo libro eiusmodi Chaldæa translatio Rabbi Ionathæ commemoratur, de hoc testimonio legendus est Adrian. Fin. lib. 8. Flagelli contra Iudæos in tertia Iudæorum oppositione capite 4. Quartò. In expositione libri Genesis, quæ est Rabbi Moysis Hadarsam, super illud capite 39. *Ioseph ductus est in Ægyptum, inter alia sic habetur: Hoc est, quod scriptum est, Osee 11. *In funiculis Adam traham eos in vinculo charitatis, & ero eis sicut elevatores iugi super maxillas eorum, & inclinabo ad eum cibum, vel comestionem. Hi sunt Israel, quos Dominus trahit in vinculo dilectionis, sicut dictum est, Malachia 1. *Dilexi vos, dicit Dominus, & ero eis sicut elevatores iugi, quia exaltaui tribulationes eorum super eos, & inclinabo ad eum cibum, bonum videlicet ac suavem, de quo dictum est, Psalm. 72. *Et erit placenta frumenti in terra: Hactenus traditio. Cum igitur ostensum sit ex Rabbi Ionathæ paraphrasi Messiam futurum fuisse hanc placentam frumenti, & sacrificium panis in capite montium Ecclesiæ, id est, sacerdotum, planè efficitur Messiam ipsum futurum fuisse hunc cibum suavissimum, de quo iuxta traditionem Rabbi Moysis, Oseeas vaticinatur, ut meritò, per suavissimum manna explicari debuerit.**********

Christura

Christum rectè calculum candidum
appellari.

SECTIO V.

ILLA etiam calculi candidi expositio magis excellit, quæ calculum candi-
dum ad Christum refert. Ea verò ut reddatur illustrior, sciendum est, Christum
Dominum lapidem creberrime appellari in sacris literis, velut *Esaiæ 8. Et erit vo-*
bis in sanctificationem, in lapidem autem offensionis, & petram scandali duabus domi-
bis Israël, & in laqueum, & in ruinam habitantibus Hierusalem: quem locum de-
Christo ad literam esse intelligendum perspicuum est ex *1. Petri 2. & ex Pauli*
ad *Rom. 9.* Deinde *Psalm. 117. Lapidem, quem reprobauerunt adificantes, hic factus*
est in capite anguli: quod Christus ipse de se interpretatus est, *Matthæi 21. & assert* *1. Petri 2.*
Petrus loco citato. Præterea *Zachariæ. 3. super lapidem unum septem oculi sunt, Ec-*
ce ego calabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum, & auferam iniquitatem terræ *Ad Rom. 9.*
eius in die una. Quem locum de Christo intelligit *D. Hieronymus* in commen-
tarijs super *Zachariam*. Et illud, *Calabo sculpturam eius*, ad Christi vulnera docet
pettinere hoc sensu. Istum lapidem clavis crucis, & lancea militis faciam vulne-
rari, ubi obiter aduerte, Christi vulnera pulcherrimis comparari calaturis, quæ
cum, & pulcherrimum, & pretiosissimum demonstrant. *Christi cala-*
tura.

Nec verò lapis dumtaxat communi nomine dicitur, sed lapis pretiosus: ve-
luti *Amos 7.* ubi *Adamas* appellatur, nam ubi nos legimus, *Ecce Dominus stabat*
super murum licum, & in manu eius trylla camentarij, Septuaginta transtulerunt,
Ecce vir stabat super murum adamantinum, & in manu eius adamas: in quem locum
D. Hieronymus multa disserit, de adamantis natura, & inter alia docet durissimum
esse, & indomabile, paruum, & indecorum, atque in electri similitudinem ve-
nena deprehendere, & maleficis resistere artibus: tunc addit, *Talis est Dominus,*
saluator, qui semetipsum exinanivit formam serui accipiens, ad Philippenses 2. De quo Esaias
scribit cap. 53. Non est species ei, neque decor. Hic stat super murum adamantinum, id est, su-
per sanctos, & Apostolos suos, quibus donauit, ut & ipsi adamantes vocarentur, & à nullo
superari dicerent: Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio, angustia, &c. ad Rom. 8.
Et iterum: Certus sum quod neque mori, neque vitæ, neque Angeli, neque creatura alia poterit
nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo. Aduertit etiam D. Hieronymus, adamantem
licet indomitum, tamen hirci sanguine posse frangi, in quo docet difficultatem
exprimi conseruandæ castitatis, quia nimirum præstantissimi quique sancti, etsi
fortissimi sint, & adamantini, sæpe tamen mortifera libidinis calore dissoluuntur:
Hæc enim, (inquit) sanguis hircorum, & ipsius hirci dicuntur esse natura, ut sit ad libidinem
calidissimus, & quod ignis edomare nequeat, solus illius dissoluat cruor. Quia vero Chri-
stus adamas erat indomabilis, propterea dicitur ab Hieremia c. 50. Malleum vni-
uersæ terræ non solum confregisse, sed etiam penitus contriuisse, id quod admira-
bundus dixit Propheta: Quomodo, inquit, confRACTUS & contritus est malleus vniuersæ
terra? Quem locum expendens Origenes hom. 3. super Hier. In prodisione, inquit,
Saluatoris malleus Zabulon, id est, Diabolus, malleator Judas fuit, sed Christus confregit mal-
leum in deserto, cum tentatus Demonem prostrauit, contriuit autem penitus in passione. Simi-
literque confringitur à nobis cum venimus ad Ecclesiam per fidem, conteritur autem cum
per opera proficimus, in vtra illud Apost. ad Rom. 16. Deus autem conserat Satan sub
pedibus vestris. Hæc Origenes. Mitto alia pretioso rum lapidum nomina, quæ Christo

IEGAS
POCAL
P
E

in sacris literis tribuuntur ut ad calculi appellationem veniamus.

Notandum est igitur, ubi nos legimus *calculum* habere Græcè *ἰσθός*, & qui-

dem D. Hieronymus in Epistola ad Damasum, quæ incipit *septuaginta*, *calculum* hoc loco, carbunculum gemmam pretiosam interpretatur; tractans enim locum illum Esaiæ 6. qui secundum *Septuaginta* sic habet. *Et missus est ad me vnus de Seraphim, & in manu habebat carbonem, quem forcipe tulerat de altari, seu ut Symmachus, Aquila, & Theodotus transfulerunt, & in manu eius calculus: Hæc habet Hieronymus. In Hebræo pro carbone calculus legitur, quo mihi videtur sermo diuinus significari, sicut enim calculus genus est lapidis durissimi, rotundi, & omni puritate lenissimi: ita sermo Dei, qui neque hereticorum, neque omnium aduersariorum potest contradictionibus cedere, calculus dicitur, quem etiam in Apocalyp. Dominus pollicetur vincensibus, videntur autem mihi, & septuaginta in eo quod *ἀγθαξ* transfulerunt, idem sensisse, quod ceteri: *ἀγθαξ* enim, quem nos carbunculum interpretamur, genus est lapidis fulgidi, atque nitenti, quem etiam in duodecim lapidibus inuenitur. Vbi vides Hieronymum calculum hunc, quo de agimus interpretari carbunculum: iuxta quam expolitionem, merito Christus carbunculo comparatur propter amorem ardentissimum quo erga homines carbunculi instar exarsit. Verum quia hoc loco non*

Christus propter amorem similis carbunculo.

ἀγθαξ, id est, Carbunculus, sed *ἰσθός*, id est, calculus legitur, rectius politum ac nitentem lapidem oportet intelligere, similem videlicet ijs, quos Dauid de torrente limpidissimos tulisse dicitur, quare alia nobis huius appellationis ratio afferenda est.

Sciendum est igitur Græcos olim sententias, ac suffragia calculis colligere conuenisse vnde sua decreta, & suffragia psephismata appellabatur, ut patet ex M. Tullio in orat. pro L. Flacc. quia videlicet, *ἰσθός*, id est, calculis suffragia ferebant, candidis quidem absolutionem, nigris vero damnationem significantibus: vnde factum est ut calculum pro suffragio, ac sententia vsurparent, vnde etiam mos obtinuit apud Romanos, ut calculis rationes subducerent, ex quo ortum habuit illa locutio (ad calculum reuocare,) id est, ex actè aliquid supputare, id autem non solum calculus Latinum nomen, sed *ἰσθός*, etiam, Græcum quo hic vitur Ioannes significat, ut testatur Budæus in commentarijs linguæ Græcæ. Tertio. Etiam familiare Romanis erat in suffragijs honorum referendis, Magistratuum nomina calculis inscribere, & in vnam conijcere, ut habes apud Liu. lib. 2. dec. 3. Denique fausti dies candido notabantur lapillo, infausi atro. Vnde est illud Persij. Satyr. 2.

Budæus.

Hunc Macrine diem numera meliore lapillo.

Qui tibi labentes apponit candidus annos.

Est igitur Christus calculus candidus. Primum, quia quantum est ex se calculus est absolutionis, & vita: quemadmodum docet Paulus ad Romanos 8. *Nihil*

Christus, calculus absolutionis, & vita. Rom. 8. 1. ab Tim. 1.

damnationis est ijs, qui sunt in Christo, quam ob causam Paulus Christum appellat spem nostram 1. ad Tim. 1. Paulus Apostolus Iesu Christi secundum imperium Dei saluatoris nostri & Christi Iesu spei nostra, id est, Christi Iesu, qui est spes nostra: idem autem est esse spem nostram, atque esse ex se calculum candidum, id est, calculum absolutionis, & vita. Efficitur autem alter calculus, id est, damnationis ijs, quorum culpa sua, vel recipere, vel sequi renunt. Deinde est calculus supputatus, quia per Christi

Calculus supputationis. Heb. 12. 3.

opera tanquam per calculos Deus rationes subducit omnium hominum, ut nimirum eos quos Christi imitatores reperit, gloriæ præmijs, quos vero contemtores, gehennæ supplicijs sempiternis afficiat: quod etiam sensu accipiendum est illud Pauli ad Hebræos 12. *Recogitate eum, qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem. Vbi pro, recogitate habetur Græcè ἀναλογισθε, quod*

quod verbum significat supputare, siue rationes subducere, quam ob causam supputandi peritos appellare solet Plato λογιστικός. Commendat igitur Apostolus ut passionem Christi, eiusque merita quasi calculis diligentissime supputemus, cum in eis salutis nostrae pretium, quod Deo soluimus, sit constitutum. Tertio, Christus quibus honorum fert suffragia, eorum nomina in se ipso veluti in calculo inscribit, & ita eorum creat magistratus. Denique dies gratiae, quibus reconciliati sumus Deo meliorem lapillo, id est, Christo ipso signati sunt, quippe qui eiusmodi reconciliationem aduentu suo perfecerit.

Quod attinet ad nomen nouum quod in hoc calculo incisum est, id plane est nomen Iesu seu saluatoris, quod optimo iure nouum dicitur, quoniam, ut contendit Galatinus libro 3. Arcanorum cap. 18. nusquam vlli praterquam Christo Domino id nomen fuit impositum. Et enim Iesus Naue, Iesus Syrach, & Iesus Iosedech (de quibus poterat esse controuersa) non Iesuah, id est Iesus, vocati sunt: sed Iesuah, id est, Dominus saluabit, in cuius rei confirmationem assert illud E. saia 62. *vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominauit.* Itaque concludit tres illos non fuisse dictos saluatores, sed expectantes Deum, qui saluaret. Sed vtrum haec Galatini obseruatio vera sit, ad caput duodecimum expendemus. De nomine etiam Iesu, eundem locum E. saia interpretantur Gregor. Nazianz. oratione de amore pauperum, Euseb. Cæs. libro 2. demonstrationis Euangelicæ cap. 49. & Cyril. Alex. lib. 5. de Trinitate: quamuis in commentarijs E. saia in aliam deflexerit expositionem. Aduertendum est autem ad verbum sic esse transferendum ex Hebræo: *Nomen nouum, quod os Domini perforabit:* Solent enim Hebraei excauandi, seu perforandi verbum ad eam notationem; seu exarationem nominum significandam transferre, quæ in lapide, aut ære incidi solent: qua translatione indicatur Christum Dominum illustrissimum Iesu nomē vulnerum suorum perforationibus meruisse: sic enim in hoc calculo candido tantum nomen incidi oportuit: quemadmodum dixit Apostolus ad Philippenfes 2. *Propter sum, quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen quod est super omne nomen.* Rectè autem subiungitur: *Quod nemo scit nisi qui accipit.* Quia nominis Iesu virtutem, & maiestatem, nemo perfectè intelligit: nisi qui eius per fidem, & gratiam est participes. De quo qui plura desiderat, legat Georgium Venetum in sua Harmonia Cantico 2. tonò 6. cap. 7. & 8.

V.
Iesus, nouum
nomen.
Galatin.
E. saia 62. 2.
Greg. Naz.
Euseb. Cæs.
Cyril. Alex.
Nomen Iesu
clausu inci-
sum.
Philip. 2. 9.
Greg.
Venet.

Calculi candidi de Eucharistia interpretatio.

SECTIO VI.

I AM superius in expositione contextus ex nonnullorum sententia docuimus, I. calculum candidum inter alia Eucharistiam seu corpus Christi in Sacramento significare: cuius interpretationis ratio paulò fufius tradenda est. Primum igitur iuxta Diuum Hieronymum in epistola ad Damasum, quæ incipit *Septuaginta*: vbi huc calculus carbunculum interpretatur, rectè ea similitudo in corpus Christi, prout est in Sacramento conuenit: reperiri enim carbunculum candidum testatur Plinius libro 37. cap. 7. Cum igitur carbunculus ex genere sit gemmarum ardentium, significatur ignea vis amoris, quam Christus in hoc Sacramento instituendo declarauit, ad quod eam ob causam referri potest illud Cantico- rum capite quinto, *Dilectus meus candidus, & rubicundus*: vbi cernis Christum carbunculum candidum, simulque ardentem appellari: quo etiam sensu

I.
D. Hieron.
Christus in
Eucharistia,
Carbuncu-
lus candidus
Cant. 5. 10.

Esai. 6.

possumus accipere calculum illum, de quo agitur Esai. 6. Quem Seraph tulit forcipe de altari, in quo innuitur altare Eucharisticum: eo que os Esaiæ tetigit, ac mundavit: in quo sanctitas, quam confert Eucharistia digue communicantibus, exprimitur. Et quidem hunc Esaiæ carbonem accensum, seu carbunculum, quemadmodum Æptuag. transtulerunt, ut superius diximus, quamquam Cyril.

Cyrril. Alex.

Alexandr. de incarnatione lib. 8. & lib. 1. in Esaiam intelligat de Christo, quem in ore per fidei confessionem accipimus, prophetiarum, & caremoniarum legalium, quæ ipsum adumbrarunt, veritate & typo, quasi forcipe; tamen Theodoretus de Eucharistiæ communione interpretatur.

Theodoret.

II.

Secundò. Possumus per calculum candidum, quem plerique pretiosam gemmam in genere interpretantur, margaritam, seu vnionem intelligere, quo nomine Christum censerî docet Origenes in cap. 7. Matthæi, super illud *Simile est regnum calorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas, inuenit autem vnâ pretiosâ, &c.* Nec immeritò calculum candidum margaritam accipimus, quia ut ait Plin. lib. 9. cap. 35. Vnionum præstantia in orbe, læuore, pondere, & candore posita est: quod si fas est diuina humanis illustrare, quemadmodum fertur Regina Ægypti Cleopatra vna cæna centies centena millia sestertium, id est ducenta quinquaginta millia aureorum absumpsisse magnificentiæ ostendendæ causa, epoto videlicet coram Antonio vnione pretiosissimo, qui tantæ æstimabatur, ut cõmemorat Plinius loco paulò ante citato: ita Christus se ipsum infiniti pretij vnionem in cœna Eucharistica, quæ eius est magnificentia regalis, omnibus edendum, sacerdotibus etiam hauriendum proponit: hoc enim significat cum ait. *Dabo ei calculum candidum.* Accedit quòd vnionis appellatio Christo in Sacramento iure optimo tribuitur: dictæ enim sunt margaritæ vniones, ut ibidem ait Plin. quod nullæ duæ reperiantur indiscretæ seu similes, sic enim hîc vnio de quo agimus in Sacramento sibi vendicat, tum quod ad vnionem inter fideles conciliandam, hoc sacramentum instituerit, quam vel ipsa sacramenti ratio significat, nam ut ait D. August. tractatu 26. in Ioannem: propterea Christus hoc sacramentum in ijs rebus instituit, quæ ad vnum aliquod rediguntur, siquidem ex multis granis vnus panis efficitur, & ex multis racemis vinum confluit: Tum propter vnionem illam mirificam, quam per sui communionem in sacramento nobiscum efficit:

Origen.

Matth. 13.

Plin.

Christus in Sacramento margarita, & vnio pretij infiniti.

Plin.

D. August.

Eucharistia vnionem admirabilem efficit.

Ephes. 3. 6. Cyril. Alex. Glaph.

Dionysius Areopag. D. Cypr.

III.

Beda. Smaragdus, insigne castitatis.

Postremo, quia iuxta Bedæ expositionem, Calculus hîc non nisi castitatis cultoribus promittitur: sic enim Beda, vult illud, *Vincens*, ad castitatem referendum, ob ea, quæ de Nicolaitarum libidine precesserant. Quare non immerito hunc calculum smaragdum pretiosam gemmam interpretari possumus, de qua illud refertur admirabile vsu, & experimento compertum, quod nimirum vsque ad deò libidini aduersetur, ut omnino frangatur, si quis eam tecum habeat in patrandâ re vene-

re venera: quemadmodum refert Pierius in suis Hieroglyph. libro 41. cap. de Smaragdo, & experimento ipso comprobatum est, etenim ut refertur in Lusitanis annalibus, in conceptione Ioann. 2. Regis Lusitaniæ, Isabella matris Smaragdus summi pretij, quem anulo inclusum gestabat, fractus dicitur, quemadmodum Rex Alphonus hoc nomine quintus ipsius Ioannis pater confirmavit, in quo vides ad viuum expressam eam mentis, & corporis puritatem, quæ ad communicandum requiritur: vitiditas etiam smaragdi oculis gratissima spem gloriæ significat, quæ præcipuè hoc sacramèto continetur, cum sit à Christo institutū non modo in monumentum, & pignus amoris, sed in gloriæ etiam arrhabonem certissimum.

COMMENTARIUM QUARTVM EXEGETICVM.

DE ANGELO THYATHIRÆ.

Quid literæ contineant, de que earum inscriptione.

Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco.

SECTIO PRIMA.



QUARTA Epistola scribitur ad Angelum Thyatiræ, commendationem, vituperationem, comminationem, denique promissionem continens ijs, qui Iezabelem secuti non fuerint. Nonnulli hæretici ex eo Apocalypsis auctoritatem negant, quod Ioannis tempore Thyatiræ Ecclesia nondum fuerit, ad quam tamen scribit. Verum quicquid sit de Ecclesiæ Thyatirenensis fundatione, illud satis esse debet, quod eiusmodi hæreticis respondet Epiphanius libro 2. aduersus hæreses, hæresi 51. Docet enim Ioannem potuisse spiritu prophetico ad eam, quæ postea ibi futura erat, Ecclesiam scribere, eique denunciare, quomodo decipienda erat falsis Phrygastarum prophetijs. Quod verò attinet ad literarum inscriptionem, ea est huiusmodi. *Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco*, cuius inscriptionis ratio multiplex est.

Error hæreticorum refellitur. Epiphanius.

Prima ratio est Richardi de sancto Victore: quia Thyatiræ quidam Christiani II. feminarum, & nonnunquam Dæmonum libidini seruiebant, alijsque exemplo suo ad eadem scelera patranda incitabant, Rectè dicitur Christus habere oculos sicut flammam ignis, ut nimirum nefarij illi homines intelligerēt Christum, omnia, quæcumque ab eis gerebantur, intueri. Dicitur etiam habere pedes aurichalco similes, ut monerentur perditis suis moribus nuntium remittere, & electos ac probos viros, qui per Christi pedes significantur, imitari. Secunda est Rupert, qui docet per pedes similes aurichalco fortitudinem commendari huic Angelo, aurichalcū enim in camino ignis longa decoctione, & diuturna tunctione ad auri similitudinem perducitur: de qua etiam fortitudine loquitur Dominus apud Esaiam. capite. 40. *Qui confidunt in Domino murabunt fortitudine, Quæ locū*

Richard. de S. Vict.

Christi oculi, tanquam ignis ad impios intuentos.

Rupert. Fortitudo aurichalco. comparatur.

rint. Igitur, vt planum fiat, quid per Iezabelem, hoc loco accipiendum sit, illud est necessarium praemitendum, Iezabelem vxorem fuisse Achab regis Israel impiissimam, & proiecta audacia feminam, vt est perspicuum ex 3. Regum 19. & 21. & Iosepho lib. 8. antiquitatum cap. 13. fuit ea filia Ierhabaal regis Tyri, ac Sidonis, ex quo factum est, vt gentis suae superstitiones, & impietatem retinens, templum Deo Tyri, quem Baal appellabant, extruxerit, sacerdotibus Baal quamplurimos, falsosque prophetas constituerit, qui suo Deo ministrarent, vitam lutum eadem impietate, ac superstitione imbuerit, Heliam prophetam sanctissimum quod ipsius impietatem ferre non posset, falsoque Baal prophetas occidisset, persecuta fuerit, vitam, vincamque Nabobh nobili, & probro viro per summam crudelitatem, & iniquitiam eripuerit, denique multa alia indigna, ac nefaria ad miserit. Quorum omnium Deus meritas poenas tandem depolcens, eius rei conficiendam curam commisit Iehu, qui Achab in regno successit, cuius rei conficiendam praecipit, vbi a canibus sila cerata, sicut praedictum fuerat ab Helia 3. Reg. 21. non solum suae impietatis memoriam, sed diuinae etiam seueritatis exemplum posteris reliquit. Quo fit vt cum Iezabel impiissima fuerit, & audacissima femina, iure optimo similium feminarum, omniumque turpitudinis, & impietatis, Symbolum esse possit.

Supplicium
improborum
vni respici-
scant 3. Reg.
19. & 20.
Ioseph.

Iezabel vs
impietatis,
sic etiam di-
uina seueri-
tatis exem-
plum & sym-
bolum
3. Reg. 21. 2.

III.

Primum igitur non desunt, qui hanc feminam existiment vxorem fuisse huius Episcopi, Iezabelem nomine appellatam, aut certe ita dictam, quod Iezabelle illam alteram, cuius paulo ante meminimus, scelerem improbitate referret: quam opinionem referunt Richardus de sancto Vict. Lyranus, & Hugo Cardinalis. Secundò Beda, Rupertus, & Primasius, conijciunt mulierem aliquam in ea Ecclesia eiusmodi scelerum, & errorum artificem, ac magistram. Tertio Epiphanius libro 2. aduersus haereticos: Haeresi 31. existimat per Iezabelem intelligendas esse quasdam feminas, quae Thyatira insurrexerunt, prophetae spiritum sibi arrogantes, Priscillam nimirum, Maximillam, & Quintillam, quae tamen etsi post Ioannis obitum extiterunt, eas tamen Ioannes prophético spiritu futuras praesenserit, & fugiendas denunciari. Quarto Areth. vult sermonem adhuc esse de Nicolaitis, qui propter libidinem, & impietatem Iezabelis nomine exprimitur. Postremo D. Augustinus, seu Ticomus, Beda, Primasius, Rupertus, Ioachimus, & alij, praeter suam illam de certa aliqua femina coniecturam, affirmant Iezabelis nomine intelligendos esse haereticos effeminatos, & libidini seruientes, qui propterea mulieris nomine censeantur: eiusmodi enim nomen merentur libidinosi homines & luxu dediti: vnde etiam quod Homericum Iliados 7. Ocheides, non enim Achae, quod Maro imitatus dixit, O verè Phrygiae, neque enim Phryges ito per alta dyndima. Et paulo post linite arma viris, & cedite ferro. Sed vt ad nostra veniamus, eo etiam nomine significantur in sacris litteris, Esaiæ 6. Dabo pueros principes eorum, & effeminati (alias mulieres) dominabuntur eis. Et eodem cap. pro eo quod est, eleuatae sunt filiae Sion, & ambulauerunt exserto collo, & nucibus oculorum ibant, & pedibus suis composito gradu, incedebant, decalabit Dominus verticem filiarum Sion, &c. Quo loco in vniuersum non solum faminae Hebraeorum, sed etiam viri effeminati intelligendi sunt. Idem habet Nahum 3. Ecce populus tuus quasi mulieres ante. E contra viri appellantur, qui fortiores sunt, & in omnibus se praebent. Vnde David ad Abner ait 1. Reg. 16. Nunquid non vir es? Praecipue vero ij qui luxum alpeñatur, & virtutem colunt, quo sensu potest accipi illud Psalmi primi: Ecce vir qui non abist, &c. Hanc feminarum & virorum acceptionem mystice expressam fuisse in facto illo Pharaonis cum obstetri-

Rich. de S.
141.
Lyranus.
Hug Card.
Beda Rup.
Primas.
Epiph.
Arethas.
D. Aug. 14.
Ticom.
Beda.
Primas.
Rupert.
Ioachim.
Homer.
Libri sacri,
& effemina-
ti summa,
non viri.
Maro.
Esai. 6. 4.
Nahum 3.
13
David.
1. Reg. 16.
Psalmi 1. 1.



D. Greg.

tractans D. Gregorius lib. 7. Moralium cap. 8. obseruat non dictum esse, *sumens*, sed *mutabunt*, & palam esse duplicem esse fortitudinem, vnam impiorum, quæ deponenda est, & mutanda: aliam, iustorum, quæ est inchoanda, & assumenda.

Thren. 3. 15.
Mundanus
abstinthio
ebrius.

*An non, inquit, etiam reprobi fortes sunt, qui ad presentis vite concupiscentiam tot laboribus currunt? Vnde bene per Hierem. in Threnorum 3. Ex humani generis voce dicitur, inebriauit me abstinthio, etenim ebrius, quid patitur, nescit; abstinthio ergo ebrius est, qui præ amore presentis seculi a sensu rationis alienus, dum quicquid pro mundo sustinet, leue putat, laboris amaritudinem, quam tolerat, ignorat. Commendatur igitur huic Angelo, vt veram conetur habere fortitudinem, & instar aurichalci, laboribus quasi igne & tusionibus ad auri perueniat splendorem, nec zelum deponat, quo in delinquentes pro ratione officij debet animaduertere. Quod verò attinet ad flammantes oculos, eodem docet Rupertus spectare, vbi enim Christus in passionis fornace aurichalcum per gloriâ sui corporis euasit, in cælum ascendit, & inde quasi flammis oculis in terram aspiciens, misit septiformem spiritum, quo non solum Apostolos, sed etiam Apostolorum imitatores inflammat, & fortes, ac bono zelo feruentes efficit. Tertia est Ioachimi, qui vult commendari huic Episcopo vitam contemplatiuam in oculis, actiuam in pedibus. Etenim oculi tanquam flamma ignis manifestè contemplationem expriment, quæ non solum per cognitionem lucere, sed per charitatem etiam ardere debet: sed quoniam quandiu in hac mortali vita agimus, necesse est interdum ad operationem descendere, mox subiungitur: *pedes eius similes aurichalco*, oculorum enim libertas in statione est, pedum in motione: quia tamen actiua non eo modo, quo contemplatiua perspicua est, & lucida, propterea oculi flammei dicuntur, pedes aurichalco similes, est enim aurichalcum minus lucidum quam ignis. Quarta ratio asserri potest per oculos similes flammæ ignis commendari Episcopis cognitionem eorum, quæ in suo Episcopatu geruntur, & in gubernando vigilantiam cum charitate coniunctam: per pedes verò similes aurichalco indefessam in rectis moribus constituendis sollicitudinem, quæ sunt duæ partes Prælatorum potissima, & in Thyatirensi Episcopo id temporis, quo morum disciplina per luxum, & libidinem disfluebat, per necessaria. Quam etiam ob causam mystica illa Ezechielis animalia, quæ optimi cuiusque Episcopi imaginem per typum referebant, quorum fit mentio Ezechielis 1. oculos habebant flammantes, pedes vituli, id est, rotundos, curaque flexibilia in omnem partem, quia nimirum debet Prælati paratissimus esse ad exequendum quicquid flammantibus vigilantia oculis, vel constituendum, vel restituendum senserit.*

Rupertus.

Ioachim.

Vita actiua
& contem-
platiua.

Prælati vigi-
lantia, & so-
licitudo.

Ezech. 1.

Quid per Iezabelem significetur hoc loco cum dicitur,

Apoc. 2. 10.

Permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit prophetem, docere, & seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis.

S E C T I O . II.

LAVDATIONE de morte præmissa conqueritur Dominus de Thyatira Angelo, quod permittat mulierem Iezabelem, quæ se prophetem mentiebatur, docere, fideles seducere, fornicari, & manducare de idolothytis: comminaturque se missurum eam in lectum, eosque, qui mæchantur cum ea acerrimè puniendum, filiosque eius interfecurum, nisi penitentiam egi-

rint. Igitur, vt planum fiat, quid per Iezabelem, hoc loco accipiendum sit, illud est necessarium prae mittendum, Iezabelem vxorem fuisse Achab regis Israel impiissimam, & proiecta audacia feminam, vt est perspicuum ex 3. Regum 19. & 21. & Iosepho lib. 8. antiquitatum cap. 13. fuit ea filia Ierhabaal regis Tyri, ac Sidonis, ex quo factum est, vt gentis suae superstitiones, & impietatem retinens, templum Deo Tyri, quem Baal appellabant, extruxerit, sacerdotibus Baal quamplurimos, falsosque prophetas constituerit, qui suo Deo ministrarent, vitam lutum eadem impietate, ac superstitione imbuerit, Heliam prophetam sanctissimum quod ipsius impietatem ferre non posset, falsoque Baal prophetas occidisset, persecuta fuerit, vitam, vincamque Naboth nobili, & probro viro per summam crudelitatem, & iniustitiam eripuerit, denique multa alia indigna, ac nefaria ad miserit. Quorum omnium Deus meritas poenas tandem depolcens, eius rei conficiendam curam commisit Iehu, qui Achab in regno successit, cuius rei conficiendam praecipit, vbi à canibus sila cerata, sicut praedictum fuerat ab Helia 3. Reg. 21. non solum suae impietatis memoriam, sed diuinæ etiam seueritatis exemplum posteris reliquit. Quo fit vt cum Iezabel impiissima fuerit, & audacissima femina, iure optimo similium feminarum, omniumque turpitudinis, & impietatis, Symbolum esse possit.

Supplicium
improbiorum
vni respici-
scant 3. Reg.
19. & 20.
Ioseph.

Iezabel vs
impietatis,
sic etiam di-
uina seueri-
tatis exem-
plum & sym-
bolum
3. Reg. 21. 2.

III.

Primum igitur non desunt, qui hanc feminam existiment vxorem fuisse huius Episcopi, Iezabelem nomine appellatam, aut certe ita dictam, quod Iezabelle illam alteram, cuius paulò ante meminimus, scelerem improbitate referret: quam opinionem referunt Richardus de sancto Vict. Lyranus, & Hugo Cardinalis. Secundò Beda, Rupertus, & Primasius, conijciunt mulierem aliquam in ea Ecclesia eiusmodi scelerum, & errorum artificem, ac magistram. Tertio Epiphanius libro 2. aduersus haereticos: Haeresi 31. existimat per Iezabelem intelligendas esse quasdam feminas, quae Thyatira insurrexerunt, prophetae spiritum sibi arrogantes, Priscillam nimirum, Maximillam, & Quintillam, quae tamen etsi post Ioannis obitum extiterunt, eas tamen Ioannes prophético spiritu futuras praesenserit, & fugiendas denunciari. Quarto Areth. vult sermonem adhuc esse de Nicolaitis, qui propter libidinem, & impietatem Iezabelis nomine exprimitur. Postremo D. Augustinus, seu Ticomus, Beda, Primasius, Rupertus, Ioachimus, & alij, praeter suam illam de certa aliqua femina coniecturam, affirmant Iezabelis nomine intelligendos esse haereticos effeminatos, & libidini seruientes, qui propterea mulieris nomine censeantur: eiusmodi enim nomen merentur libidinosi homines & luxu dediti: vnde etiam quod Homericum Iliados 7. Ocheides, non enim Achae, quod Maro imitatus dixit, O verè Phrygiae, neque enim Phryges ito per alta dyndima. Et paulo post linite arma viris, & cedite ferro. Sed vt ad nostra veniamus, eo etiam nomine significantur in sacris litteris, Esaiæ 6. Dabo pueros principes eorum, & effeminati (alias mulieres) dominabuntur eis. Et eodem cap. pro eo quod est, eleuatae sunt filiae Sion, & ambulauerunt exserto collo, & nucebus oculorum ibant, & pedibus suis composito gradu, incedebant, decalabit Dominus verticem filiorum Sion, &c. Quo loco in vniuersum non solum faminae Hebraeorum, sed etiam viri effeminati intelligendi sunt. Idem habet Nahum 3. Ecce populus tuus quasi mulieres ante. E contra viri appellantur, qui fortes ac strenui s; in omnibus se praebent. Vnde David ad Abner ait 1. Reg. 16. Nunquid non vir es? Praecipue vero ij qui luxum alpeñatur, & virtutem colunt, quo sensu potest accipi illud Psalmi primi: Ecce vir qui non abist, &c. Hanc feminarum & virorum acceptionem mystice expressam fuisse in facto illo Pharaonis cum obstetri-

Rich. de S.
141.
Lyranus.
Hug Card.
Beda Rup.
Primas.
Epiph.
Arethas.
D. Aug. 14.
Ticom.
Beda.
Primas.
Rupert.
Ioachim.
Homer.
Libri sacri,
& effemina-
ti summa,
non viri.
Maro.
Esai. 6. 4.
Nahum 3.
13
David.
1. Reg. 16.
Psalmi 1. 1.



cibus Aegyptiis praecepit, ut Hebraearum mulierum mares filios occiderent, feminas tantum releverent Exodi primo, existimavit. Origenes, homilia 2. super Exordam, ubi inter alia: *Cum videris, inquit homines in deliciis vivere, & libidini servire, scias in pharaem Aegypti, id est Dæmonem, feminas reservare: si vero aliquem videas amare continentiam, luxuriam fugere, & virtutem colere, iustum intelligas quasi virum necare cupere Pharaonem: odientem eiusmodi Pharaos, vivere eos in Aegypto non sinit, inde est quod in hoc mundo servus Dei despectus habentur, quia odit huiusmodi mares Pharaos, qui feminas tantum amat.* Atque hæc postrema Iezabelis expositio nobis magis probatur, cum sit communiior, & consuetudini Joannis in hoc opere congruentior: sic enim scribens ad Angelum Pergami, per tenentes doctrinam Balaam Nicolaitas intellexit: ut consequens videatur sicut eploco Balaam, ita etiam hic Iezabelem mysticè, ac per typum accepisse.

IIII
Hæresis
Idololatria,
fornicatio.

Hier. 3. 1.
Psal. 72. 27.
Ezech. 6. 15.
Exod. 34. 15.
Anima per
fidem sponsa
Dei, per ha-
resim adul-
tera.
Osæ 2. 19.

Quod verò attinet ad fornicationem, de quo crimine Iezabel in simulatur, duplicem communiter intelligunt hoc loco interpretes, cuius Iezabel magistra fuerit, unam communem, alteram mysticam, quæ est peccatum quod æquale lethale sed præcipuè hæresis, & idololatria: reperiri enim etiam hoc fornicationis genus perpicuum est ex sacris literis, veluti Hieremiz 3. *Fornicata est cum a maioribus mul-
tis Et iterum mæcata es cum lapide, & cum ligno.* Et Psalm. 72. *Perdidisti omnes, qui for-
nicantur abs te.* Et Ezechielis 16. *Exposuisti fornicationem tuam omni transiienti, fecisti tibi
imagines masculinæ, & fornicata es in eis.* Denique Exodi 34. *Ne in eas pactum cum ho-
minibus illarum regionum, nec cum fornicati fuerint cum Dijs suis, & adoraverint simulacra
eorum, vocet te quisquam.* Ratiõ vero est, quia Deus per fidem spirituale quoddam
cum quavis anima matrimonium contrahit, iuxta illud Osæ 2. *Sponsabo te mihi in
fide, ex quo efficitur, ut qui fidem, aut eius confessionem deserit, non fornicatio-
nem modo simplicem, sed adulterium admissit, quam rationem multis persequi-
tur D. Hieronymus, Hieremiz. capite 3. Ezechielis 16. & Nahum 3.*

Quid significet illa comminatio.

Ecce ego mittam eam in lectum.

SECTIO III.

Cant. 1. 7.

Beda
Lectus quie-
ta sanctorum
conversatio.
Psalm. 67.
D. August.

IEZABELI illi mysticæ, quam pauld ante explicavimus, comminatur Do-
minus, eam scilicet, quia non vult poenitentiam agere, missurum esse in lectum: quæ
comminatio, quia nonnihil habet obscuritatis, pauld explicatius tradenda est
Pro cuius rei explanatione, supponendum est, lectum in sacris literis, & in bo-
nam, & in malam partem accipi solere. In bonam quidem Canticoꝝum 7. *Lectum
lam salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël, propter timores nocturnos, ubi
lectus eum pro multis alijs, tam præcipuè pro quæta sanctorum conversatione
sumitur, quemadmodum interpretatur Beda, ad eam verò quietem conservandam,
Opus, inquit, est, ut Christi milites enseni habeant super femur suum, motum videlicet car-
nalis voluptatum spurcandis verbis, & fornicatione comprimendo, propter timores nocturnos,
id est, ne eos insidie tentatoris antiqui, si securos inermes que repercunt, iter-
nant.* In malam autem Psalm. 6. *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis
meis stratum motum rixas.* In quem locum D. Augustinus, *Lectus, inquit, est voluptas
corporis, & omnis delectatio secularis, quam delectationem lacrymis lauat, qui se
ab il-*

ab illa conatur extrahere. Rigabo, autem, quod sequitur, amplius aliquid est, quam lauabo: potest enim aliquid in superfluo lauati, rigatio autem ad interiora pertinet, & significat fletum usque ad cordis intima. Lectus igitur hoc loco in malam accipitur, ut perspicuum est ex Iezabelis impudentia, in quam huiusmodi mina iactantur. Iuxta quam lecti acceptionem, Prima expositio est Bedae, Rupertii, Richardi de sancto Victore, lectum huc infernum interpretantur, in quo lecto haeretici, quos ipsi nomine Iezabelis intelligunt, non quidem requiescunt, sed excruciantur, nisi enim lecti vocabulo aeternum gehenna supplicium designatur, numquam antiquo hosti figurata locutione per Esaiam diceretur cap: 14. *Durata est ad infros superbia tua, conuersa cadaver tuum, subter te sternitur tinea, & operimentum tuum vni sunt vermes.* Ad quem etiam lectum alludit idem vates cap: 33: cum sic peccatores alloquitur, *Quis poterit habitare ex vobis cum igne aeuorante? qui habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?*

Lectus pro voluptate.
Esai.
Rupertus.
Richardus.
Infernum.
Esai. 14. 11.

Secunda est Primate & Ansberti, qui securitatem, & impunitatem haereticis, quasi a Deo derelictis, lecti nomine significatam volunt. Ponitur, inquit Ansbertus, *haec meretrix in lecto, non ut quiescat, sed ut febris languisat, & in phrenesim incurrat, quatenus eam dicat, vel agat, qua alij audire, & videre erubescant, in hanc enim decoptoriam securitatem tunc reprobi incidunt, cum peccates experti non fuerint praesentis irae vindictam, & poenitentiam eo usque negligunt, donec cistrepentinus superueniat interitus, iuxta illud Prouerb. 1. *Ane sis parvulus interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.* Ab hoc lecto nos Paulus exulcitat, cum ad Ephesios 5. *Surge, inquit, qui dormis, & exurge a mortuis.* Quod autem hoc maxime supplicij loco duendum sit, praeter quam quod iam alias fusè docuimus, confirmari etiam potest ex illa comminatione diuina, qua habetur Ezechielis 16. *42. Israel, iam non irascor tibi, & zelus meus recessit a te: & Psalmi 80. *Non auduit populus meus vocem meam, Israel non intendit mihi: & dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adiuuentionibus suis.* Ad Roman. 1. *Tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quae non conueniunt.* De eodem lecto interpretatur diuus Ambrosius libro primo, de Cain cap. 4. illud Prouerb. 7. vbi meretrix ita loquens inducitur, *In texui funibus lectulum meum, stravi saperibus pictis ex Aegypto, aspersi cubile meum myrrha, & aloë, & cinnamomo: veni inebriemur vberibus: non est enim vir meus in domo sua, abijt via longissima.* Quo loco diuus Ambrosius per huiusmodi feminam, secularem voluptatem intelligit, cum impunitate coniunctam, quae nimiram vitam sine solitudine promittit, sine monitore sermones, mollem somnum, inexplebilem cupiditatem: addimus nos absentiam viri, propter quam sibi eam securitatem pollicetur, esse impunitatem, qua Deus peccata dissimulans sine peccatores impune volutare.**

II.
Prim. Ansb.
Securitas & impunitas
meretrix quasi derelicta a Deo.
Prou. 1. 32.
Ephes. 5. 14.
Ezech. 16. 42
Psal. 80. 22.
Rom. 1. 28.
D. Ambros.
Prou. 7. 16.
Voluptas coniuncta cum impunitate.
D. Ambros.

E contratio puniri hic a Deo, singulare quoddam diuinae clementiae beneficium aestimandum est, hac enim ratione Dominus Hierusalem consolatur Esai. 40. *Consolamini consolamini popule meus, dicit Deus vester: legimini ad eos Hierusalem, & aduocate eam, quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius, suscepit de manu Domini duplicia pro peccatis suis.* Quo loco recipere duplicia pro peccatis, seu ut habent Septuaginta, *recipere duplicia peccata sua*, est propter peccata multis poenis affici, quemadmodum interpretatur diuus Ambrosius sermone 19. in Psalmum 118. super illa, *Praueni in matritate, seu in immatritate, ut constat ex textu Graeco. *Quam cito, inquit Ambrosius, dixit plenitudinem deuotionis (est enim apud Septuaginta, & completa est humilitas, seu deuotio eius) solutionem esse peccati, & repetiuit causam consolationis,**

III.
Puniri hic a Deo singulare beneficium.
Esai. 40. 1.
D. Ambros.
Psalm. 118.
147.

IEGAS
POCAL
VIT



videlicet ed maius esse reconciliationis inigne, quo numerosior fuerit poena, quam culpa: id quod euidetius expressit idem propheta cap. 28. cum dixit, Tribulationem super tribulationem, spem super spem, sic enim septuaginta reddiderunt, quod vulgatas transtulit, manda, remanda, expelta, reexpelta. Itaque cernis iuxta translationem septuaginta eo ipso, quod tribulatio ad tribulationem adiungitur, spem f. pra spem inijci, & tunc nemum posse peccatorem spem gloriae concipere, cum a Deo propter scelera castigatur.

Tribulatio super tribulationem, spem super spem.

Quod beneficii genus agnoscens Iob sic dicebat cap. 6. Qui cepit, ipse me contraxit, soluat manum suam, & succidat me. In quem locum Divus Gregorius libro 7. Moralium cap. 7. Cum conditor, inquit, amorem suum erga nos per verba non exercet, quasi ad feriendam nostram vitam manum ligatam tenet: an non affectus sui manum ligaverat, cum peccanti populo dicebat: tam non irascor tibi, & zelus meus recessit a te, Ezechielis 16. Solvete ergo manum suam dicitur, cum exercet affectum. Idcirco Regius vates postulat, Proba me Domine, & tenta me. Psalm. 150. & alio in loco: Ego in flagellis paratus sum, Psal. 37. quia enim sancti viri corruptionis suae vulnus sine putredine non esse considerant, libenter se sub manu medicorum ad sectiones parant, ut aperto vitium virus peccati exeat. Id, quod idem Iob luculentius significavit subiungens: Et hac mihi sit consolatio, ut affluens me dolore non parcat, electi quippe cum perpetrasset se illicita noverunt, & tamen perferentes inveniunt, quod nulla pro illis adversa perpessus sunt in immensa formidinis terrore tabescunt, ne in aeternum se gratia deseruerit, quae in praesenti vita mali sui retributio nulla castigat, & propterea feriri paternae correctione desiderant, & dolorem vulneris medicamenta salutis putant. Recte igitur ait Iob. Hac mihi sit consolatio, ut affluens me dolore non parcat, ac si apertius diceret, qui ideo hic quibusdam pareat, ut eos in perpetuum feriat, ideo me hic feriat, ut non parcendo in perpetuum parcat. Haecenus Gregorius.

III, Iob. 6. 9. D. Greg.

Ezech. 16. 42. Psal. 150. Iob. 6. 10.

Merito itaque de Iezabele supplicij loco dicitur, mittam eam in lectum, ut nimirum impune in hac vita peccans, & in suis peccatis, quasi in mollissimo lecto quiescens, ex vno scelere aliud neccat, & ita ad aeternam damnationem sibi viam muniat: derelictus enim peccator a Deo, dimissusque, ut ait regius vates, secundum desideria cordis sui in adinventionibus suis, eat necesse est, quippe cum verissimum sit illud, quod de impijs legitur Iob 6. Involute sunt semina gressuum eorum. Etenim, ut ibidem docet Gregorius, quemadmodum id, quod involuitur in semetipsum replicatur, ita impij quasi extra se tensi ad semetipfos per circuitum redeunt multiplicatione vitiorum. In quod Elai. cap. 34. Sub Iudaeae nomine eleganter explicavit, cum dixit: Erit cubile draconum, & pascua struthionum, & occurrent Daemonia onocentauris, & pilosus clamabit alter ad alterum: tunc enim pilosus, ut interpretatur Gregor. loco citato, alter ad alterum clamat, cum perpetrata nequitia, ad aliam perpetrandam prouocat, & quasi quadam cogitationis commissa iam culpa, culpam adhuc, quae committatur, inuitat.

V. Impunitas ex uno scelere aliud neccat.

Iob. 6: 18. Greg. Elai. 34. 14. Gregor.

Tertia & postrema expositio est Arethae, & Pannon. sic interpretantium, mittam eam in lectum, id est, aegritudine feriam; ut quae modo in peccatorum suorum lecto, explendo corporis voluptatem quiescit, decumbat in lecto per aegritudinem & afflictionem; ut inde transeat ad lectum duriores aeternae damnationis. Ex quo planè efficitur, Deum saepe perditos homines aegritudinibus, laboribusque diuexare non ut corrigantur, sed ut iam nunc facinorum suorum poenas luant, quas aeternae consequantur: atque haec est duplex illa contritio, de qua loquitur Hieremias cap. 17. Duplici contritione conterere eos, & duplex illa confusio, cuius meminit Regius vates Psalmo 108. Indignantur sicut diploide confusione sua. Est enim diplois vestimentum duplum, quo fit ut impij confu-

VI. Arethas. Pannon.

Aegritudo, poenae temporalis, septimum semper. Hier. 17. 18. Psal. 108. 29.

confusione, id est, afflictione sua, tanquam diploide induantur, cum & temporali, & aeterna animaduersione feriuntur. De huiusmodi flagellis loquitur Dominus per Hieremiam capit. 30. cum ait, *Plaga inimici percussite, castigatione crudeli.* Etenim ut eo loco exponit Hugo Cardinalis, quos Dominus vel ad emendationem, vel ad probationem flagellat, non tanquam inimicos, sed potius tanquam amicos arguere dicitur iuxta illud Apocalypsis 3. *Ego quos amo arguo, & castigo,* eodem vero reprobos iam in hac vita percutere incipit, non amici, sed inimici plaga percutere censetur.

Hier. 30. 14.
Hug. Card.
Quidam flagellantur, ut amici.

Id quod etiam sub nomine Pharaonis Dominus ipse significauit Ezech. 30. VII. cum dixit, *Brachium Pharaonis regis Aegypti confregi, & ecce non est annolutum, ut resisteret ei sanitas, ut ligaretur pannus, & susciaretur linteo, & recepto robore posset tenere gladium,* id est, pena quam ei inflixit, initium erit sempiterna: idcirco enim vulnera eius nolui obligare, quia sempiterna sunt futura, de quo supplicij genere est sermo, Deuter. 32. cum dicitur, *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima.* Atque idcirco Iob dicebat cap. 10. *Loquar in amaritudine anima mea, dicam Deo, noli me condemnare.* Id est, Deum quantum potero obtestabor, ut hic tantum me affligat: sciebat enim interdum praesentem afflictionem esse aeternae damnationis initium, quemadmodum contigit Antiocho regi impiissimo, quem Deus inuisibili, & insanabili plaga percussit, videlicet viscerum dolore, ita ut de eius corpore vermes scaturirent, & ipsae carnes in doloribus effluerent, usque adeo ut grauissimo eius faetore totus exercitus grauaretur, quod enim hoc supplicium praenuntium esset sempiterni, perspicuum est ex eo, quod dicitur 2. Machabaeorum 9. *Orabat sceleratus Dominum, a quo non esset misericordiam consecutus.*

Deut. 32. 22.
Iob 10. 1.

2. Mach. 9.

Quidnam sit, altitudinem Satanae cognoscere.

Quicumque non habent doctrinam hanc, qui non cognouerunt altitudinem Satanae, quemadmodum dicunt.

SECTIO IIII.

SUBIUNGITUR post comminationem Iezabeli, eiusque amatoribus factam, I. promissio ad eos pertinens, qui nefarijs Iezabelis factis, & consilijs non acquieuerunt, quae sic habet. *Quicumque non habent doctrinam hanc, qui non cognouerunt altitudinem Satanae, quemadmodum dicunt, non mittam super vos aliud pondus.* Vbi duo explicationem desiderant. Vnum est, quid sit non cognoscere altitudinem Satanae. Alterum, quid pondus significet. Quod attinet ad primum, sciendum est cognoscere in sacris literis saepe numero idem esse, quod approbare, veluti Psalmo 1. *Nonit Dominus viam iustorum.* Et psalm. 36. *Nonit Dominus dies immaculorum.* Et Prouerb. 4. *Vias, quae a dextris sunt nonit Dominus: peruersa vero sunt, quae a sinistris sunt.* Et Amos 3. *Tantum modo vos cognouit ex omnibus cognationibus terra: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras.* Inde etiam est quod sanctorum nomina scire Deus dicitur, & oues suas vocare nominatim. Ioann. 10. Imò ad hoc ipsum significantur in praecipit Exod. 28. Inscribi in duodecim gemmis pretiosissimis, quae erant in Rationali, duodecim nomina, iuxta numerum tribuum: praeterea in duobus lapidibus Onychimā, qui in vitroque summi Sacerdotis humero gestabantur, eadem duodecim nomina insculpi, sicut in quolibet lapide, ut mirum intelligerent Deum, cuius Pontifex ille maximus referebat imaginem,

Cognoscere, pro approbare.
Psal. 1. 6.
Psal. 36. 18.
Prou. 4. 27.
Amos 3. 2.
Ioan. 10.
Exod. 28.

sanctos suos
gestat Deus
in humeris
per auxilium
in pectore
per amorem.

sanctos suos non solum in humeris per auxilium, sed in pectore etiam per amorem gestare, eorumque continuo recordari; quorum in pectore, atque adeo ante oculos non minima praeferbat.

II.
Nescire pro
reprobare.
1. Cor. 14.
18.

E contrario reprobos Deus dicitur nescire, scientia videlicet approbationis, vt 1. ad Corinth. 14. *Qui ignorat, ignorabitur.* Ex quo loco argumentatur Hieronymus super Amos 3. Deum non omnes cognoscere, sed eos qui eius cognitione sunt digni. Vnde est illud Lucae 13. *Recedite a me operarii iniquitatis, nescio vos.* Et Matthaei 25. fatuis virginibus dicitur, *Amen dico vobis, nescio vos.* Imò vltique adeo Deus reprobos perhibetur ignorare, vt ne nominum quidem eorum memoriam habere dicatur, quemadmodum Christus ipse testatur sub Dauidis persona, cum ait Psalm. 15. *Non congregabo conuenticula eorum, nec memor ero nominum eorum per labia mea.* Cum ergo hoc loco dicitur, *Non cognouerunt altitudinem Satanae*, est sensus non approbauerunt altitudinem Satanae quemadmodum exponit Beda, Rich. de S. Vict. Rupert. Primaf. Ioachimus, & communiter interpretes.

Luc 13. 27.
Matth. 25.
12.
Psalm. 15. 4.

Quid autem sit altitudo Satanae, iam explicandum est. Et quidem interpretes communiter, altitudinem Satanae, superbiam Satanae interpretantur, iuxta illud Esaiæ 14. *Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui dicebas in corde tuo, In caelum con-*

Non cognouerunt
uerunt q. non
approbauerunt.
Beda.
Richard. de
S. Vict.
Rupert.
Primaf.
Ioachim

scendam, super astra caeli exaltabo solium meum, sedebam in monte testamenti, in lateribus Aequilonum, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Et Iob 41. *Omne sublime videt, & ipse est rex super universos filios superbiae.* Rupert. altitudinem quidem Satanae pro superbia etiam accipit, sed illam tamen superbiam putat esse intelligendam, qua Satan etiam nunc contendit similis esse altissimo, exigens videlicet sibi in odoris sacrificia. Quam superbiam cognouerunt, id est approbauerunt Thyatiræ illi, qui idolothyta manducabant: & quia hæc altitudo non est vera, sed simulata, propterea ait subiungi (quemadmodum dicunt) id est, quemadmodum ab imperitis appellatur, & existimatur. Est quidem hæc communis interpretatio, quæ nobis tamen non probatur: Græcè enim, pro altitudinem, seu altitudines, legimus βαθυ, id est, profunditates: nec enim βάθος vlllo modo significat sublimitatem, quare existimamus altitudinem, hoc loco non sublimitatem, sed profunditatem significare, eo sensu, quo puteum altum, & mare altum appellamus: imò & quo mentem altam dixit Poëta: *mauet alta mente repositum iudicium Paridis.*

III.
Esai. 14. 12.
Altitudo Sa-
tanae. i. su-
perbia.
Iob. 41. 15.
Rupertus.
Demon etiam
modo vult
esse similis
altissimo.
Satanae alti-
tudo, pro-
funditas.

Iuxta quam expositionem adhuc explicandum superest, quænam sint istæ Satanae profunditates. Et quidem Diuus Hieronymus super caput tertium epistolæ, ad Ephesios profunditatem ad inferos refert, expendens enim illa verba Pauli, *Et possis comprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, & longitudo, sublimitas, & profundum*, Græcè βάθος sic ait, *latitudo mundi est ab Oriente, ad Occidentem: longitudo à meridie ad septentrionem.* Loquitur Hieronym. more Philosophorum. Nam apud Astrologos longitudo ab oriente ad occidentem sumitur, latitudo autem per distantiam ab Aequatore versus polos: *Profundum in abyssis & in inferno: altitudo que super caelestia erigitur: quæ omnia in cruce Domini intelligi possunt: Ascendens quippe in altum, captivam duxit captiuitatem, & descendit ad inferiora terra, & post altitudinem & profundum, in omnem terram exiit prædicatio crucis, atque ita, & altitudinem, & profundum, & longitudinem, & latitudinem tenet.* Hæc Hieron.

III.
D. Hieron.
Cruce lon-
gitudo, &c.

Sic etiam sumuntur profunda, Prouerbior. 9. *Vbi libidinosa mulier sic transeuntes alloquitur. Qui est paruulus, declinet ad me, aqua furcivæ dulciores, & panis absconditus suauior, & ignorauit (Paruulus, seu insipiens) quod ibi sunt Gigantes, id est Dæmones, & in profundis inferni conuina cibus, id est quotquot ad huius meretricis mensam*

Prouerb. 9. 2.

mensam

mentiam accedunt esse inferorum penis obnoxios.

Igitur iuxta hanc profundorum, seu altitudinum acceptionem, non cognosce-
re profunditates Satanae, est non pepigisse foedus cum inferno, iuxta illud Esaia
28. ubi impij sic loquuntur, *Pepigimus foedus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.*
Quo loco est advertendum nomen Hebraicum צרור Chozeb, p[er] quod quo nos habemus
pactum significare commeatum, seu prouisionem: ut vocant, quod est in alto-
rum simul conuiuentium, aut simul nauigare uolentiu, id, quod non faciunt, nisi
foederati, & amicitia coniuncti, hoc sensu, cum inferno fecimus prouisionem,
seu commeatum, quasi simul nauigaturi, & ad eundem inferorum portum appul-
suri. Econtrario igitur, non cognoscere altitudines, seu profunditates Satanae,
est minimè cum inferno, ipsoque Satana foederari, & societatem inire.

Secundò. Alij in quibus est Gagnarus, qui has altitudines etiam non sublimi-
tates, sed profunditates interpretantur, per altitudinem Satanae intelligunt im-
mensum pelagus flagitiorum, iuxta illud Prouerb. 18. *Impius cum in profundum
uenerit peccatorum, contemnit, sed sequitur eum ignominia, & opprobrium:* quia nimirum,
ut ex ponit D. Chrysost. homilia 40. in Matthaeum, sicut infirmus dum medio-
criter habet, & sperat se posse curari, abstinere à noxijs cibis, si autem se despera-
tum intellexerit, curam sui negligit: Ita homo dum medio crite peccat & salutem
sperat, quantum potest à malo se temperat: si autem grauius peccando coeperit
desperare, iam nihil dubitat committere. Tertio & postremo. Possimus per pro-
funditates Satanae, subtiles eius ac multiplices dolos intelligere quos iusti cog-
noscent, id est, non approbāt, iuxta ea quae superius diximus, quia enim Satana ual-
ter, subdolisq; est, furtimque ac sensim sese in hominum animos insinuat, ut ci-
tius te in laqueos eius interdum induas, quam fraudè deprehenderis, rectè eius
astutiae profunditates appellari possunt, quas difficile interdum perspicimus, de
quibus eleganter dissentit D. Gregorius homilia duodecima super Ezechie. D. Gregor.
lem.

Quid pondus hoc loco significet, cum dicitur.

Non mittam super vos aliud pondus.

SECTIO. V.

Quod uerò attinet ad posteriorem sententiae partem, in qua Deus pollice-
tur, se ijs qui non cognouerunt altitudinem Satanae, non esse aliud pondus
immisurum. Prima expositio est Primalij, Richardi de sancto Victore, Ansber-
ti, Pannonij, Hugonis Cardinalis, & aliorum, *Pondus* hoc ad legem ueterem re-
ferentium, propter nonnullos, qui eo tempore surrexerunt ex circumcisione fide-
les, qui putabant necessarium esse ad salutem, legalia simul cum lege noua obser-
uare, ut sensus sit: nolo uobis pondus legis ueteris imponere, sed tenete eam do-
ctrinam, quam habetis, quae dumtaxat ad salutem necessaria est. Quod autem lex
ueteris pondus dicatur perspicuum est ex Actuum 15. *Visum est Spiritui sancto &
nobis nihil imponere uobis ultra oneris, quam haec necessaria, &c.* Et ad Hebr. 12. *Deponen-
tes omne pondus, & circumstantes nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis
tertamen.* Nam hoc loco, *Pondus* nonnulli de ueteri lege interpretantur, quemad-
modum etiam D. Thomas in commentarijs super Matthaeum ad Iudaeos praecipue
dicentem esse existimat illud Matth. 11. *Uenite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis:* Mat. 11. 28.

M iij

V.
Esaia 28. 15.
Profunditas
Satanae signi-
ficat pactum
cum inferno.

VI.
Gagn.
Secundo im-
mensum pe-
lagus uicio-
rum.
Prouerb. 18.
D. Chrysost.
Tertio Satana
in laqueos
& insidias.

V.
Primalij, Ric.
Ansber. Pan.
Hugo Card.
Lex ueteris,
pondus est
iugum serui-
tutis.
Act. 15. 28.
Hebr. 12. 1.

D. Thom.
Mat. 11. 28.

Act. 15. 10.

nec solum pondus & onus, sed iugum etiam importabile dicitur à Petro Acto-
rum 15. in primo illo concilio œcumenico Hierosolymis celebrato, cui Petrus
tanquam Pontifex Maximus præfuit. *Quid tenetis, inquit, Deum imponere iugum*
Galat. 5. 1. *super ceruices discipulorum, quod neque Patres nostri, neque nos portare potuimus? Imo, &*
iugum seruitutis appellatur à Paulo ad Galatas. 5. State, & nolite iterum iugo serui-
tutis contineri.

II.

Primo pro-
pter multitu-
dinem præ-
ceptorum,
quæ erant
613.
Abul.
Lyran.
Paul Ric.
Conrad. Gef.
R. Moyses.

Fuit autem lex vetus pondus. Primum propter præceptorum multitudinem.
Etenim quemadmodum docet Abulensis quæstione 1. super vigesimum septimū
caput Deuteronomij, & quæstione 24. in primum caput Ruth, & Lyranus ibidē
& Paulus Riccius Hebræorum Rabbinus conuersus ad fidem, in libro suo de Mo-
saicæ sanctionis, seu Pentateuchi edictis, cuius meminit Conradus Gesnerus in
sua vniuersali Bibliotheca, omnia in vniuersum præcepta legis veteris, tam affir-
mativa, quā negatiua, erant tredecim supra sexcenta, quanquam Rabbi Moyses
Ægyptius qui dicitur dux neutrorum, seu dubiorū, libro 3. tractatu peculiari de
præceptis legis, affirmet præcepta affirmatiua fuisse octodecim super ducenta:
negatiua verò trecenta sexaginta quinque, iuxta numerum dierum totius anni,
quæ omnia ibi sigillatim enumerat, atq; adeo facit omnia in vniuersum præcep-
ta legalia quingenta octoginta tria; verum omittit multa, quæ alij rectius in nu-
mero mandatorum ponunt. Secundo, Propter difficultatem ipsorum præcepto-
rum, in cibo, in tactu, in sacrificijs, in caremonijs, in iudicijs, quæ modo infi-
nitum esset oratione complecti. Tertio. Quia cum tam multa essent præcepta, &
tam ardua, tamen sacramenta, & sacrificia, non conferebant gratiam ex opere
operato, quæ difficultatem temperaret, neque lex tota vim habebat iustificandi,
quemadmodum multis in locis docent sacra literæ: veluti ad Hebr. 9. *Munera,*
& hostia, quæ offeruntur, non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, vbi
illud *iuxta conscientiam* significat legem veterem non habuisse vim conferendi gra-
tiam, quæ conscientia, siue anima mundaretur. Et capite. 10. *Umbram habens lex*
futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum per singulos annos sicut ipsi hostijs, quas
offerunt indefinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere. Et ad Galatas 3. *Si enim*
Galat. 3. 22. *data esset lex, quæ posset iustificare, ex lege esset iustitia,* atque hanc ob causam appella-
Galat. 4. 2. *tur lex vetus infirma, & egena elementa, ad Galatas 4.*

Secundo pro-
pter difficul-
tatem in ob-
seruando.
Tertio pro-
pter egena
sacramenta.
Hebr. 9. 9.

Galat. 3. 22.

Galat. 4. 2.

III.

Matth. 11.

29.

Lex gratia

iugum suauis

& onus leue.

Esai. 10. 20.

Charitas le-

gem reddit

facilem.

Eccle. 38. 7.

Greg. Niss.

Matth. 23.

D. Aug.

Ioan. 5.

E contrario. Lex Christi, non onus simpliciter, sed onus leue non simplici-
ter iugum, sed iugum suauis appellatur à Christo Matth. 11. *Tollite iugum meum*
super vos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde, iugum enim meum suauis est, &
onus meum leue. Primum propter amorem, quo redundat lex Christi. Solet enim
amor omnia reddere quàm facillima, imo vel ipsos labores mira suauitate per-
fundere, id quod prædictum fuit ad Esaias capite 10. illis verbis, *Et erit in die illa,*
auferetur onus eius de humero tuo, & iugum eius de collo tuo, & computrescet iugum à
facie olei. Vbi per oleum suauitas amoris intelligitur, quo aspersa sunt omnia præ-
cepta legis nouæ. Itaque Christus fuit ille celestis vnguentarius, cuius fit mentio
Ecclesiastici 38. *In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta*
suauitatis, & vntiones consiciet sanitatis. Vnde Gregorius Nissenus in dictum il-
lud Euangelij, *Quatenus fecistis vni ex minimis istis mihi fecistis,* Matthæi 25. *lu-*
menum, inquit, *Christi efficiamur, dilectionis lorū nos alligantes, iugum enim eiusmodi*
commodum est, non atterit collum subeuntis, sed polit, ac leue reddit. Id quod etiam do-
cet D. Augustinus libro de natura, & gratia, contra Pelagianos cap. 69. *Omnia,*
inquit, *sunt facilia charitati, cui vni Christi sarcina leuis est, iuxta illud 1. Ioannis 5.*
Hæc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius gratia non sunt: qua-

re cui graua sunt ; consideret non potuisse diuinitus dici , graua non sunt , nisi quis potest Ioan. 5. esse cordis affectus , cui graua non sunt , petat igitur , quo deficiatur , ut impleat quod iubetur. In cuius rei confirmationem affert illud quod dicitur, Deuteronomij 30. & ad Christi legem accommodauit Apostolus ad Rom. 10. Prope est verbum in ore Deut. 30. tuo, & in corde tuo: vbi pro corde tuo: translulerunt Septuaginta, *In manibus tuis*: quia in corde spiri- nimirum, vt ibidem expendit August. in corde ipso sunt spirituales manus: Si quis enim in corde affectum habeat, & amorem, eo ipso iam manus habet, qui- bus facile possit per opera legem Christi obseruare. Augustin.

Secundo dicitur lex Christi iugum suauē, quia ipse exemplo suo nobiscum iugum portat, atque adeo multum de pondere minuit, quippe cum grauiorem par- tem collo sustineat, quam opem iam olim petebat Ecclesia Sapientia 9. *Mitte sa- pientiam de caelis sanctis tuis, ut mecum sit, & mecum laboret, vbi illud, mecum laboret,* societatē in portando iugum significat. Atque eodem exitimo allussisse Sopho- niam capite 3. cum dixit ex Domini persona: *Tunc reddam populis labrum electum, ut innocens omnes nomen Domini, & seruiant ei humero vno*: idcirco enim videtur dixisse, *humero vno*, (præter communem illam de contordia fidelium expositionem) quia reliquam iugi, seu laboris partem statuebat ex altera parte sustinere, iuxta illud Genes 49. quod in persona Isachar de Christo Iacob prænuñciauit, *suppositis humerum suum ad portandum.* Gen. 49. 15.

Tertiò. Propter abundantiam gratia, quæ ad legem seruandam confertur, quæ ob causam omnia se posse gloriatur Apostolus ad Philippenses 4. *Omnia possum in eo qui me confortat.* Id quod etiam significauit I. ad Corinth. 15. cum dixit, *abun- dantius omnibus laboraui, non ego, sed gratia Dei mecum.* Eleganter huius rei ty-pum habes I. Paralypomenon 15. vbi de Leuitis qui arcam portabant de domo Obedom in locum, quem Rex Dauid Hierosolymis constituerat, dicitur. *Cum- que adiuuisset Deus Leuitas, qui portabant arcam fœderis Domini, immolabantur septem tauri, & septem arietes.* In quem locum Doctores Hebraei, vt testatur ibidem Lyranus aiunt, diuina virtute factum fuisse: vt arca se ipsam portaret, nullumque pondus Leuitæ sentirent, eamque ob causam in gratiarum actionem pro tam sin- gulari beneficio factam fuisse illam taurorum, & arietum immolationem. Quis verò dubitet arcam illam typum fuisse legis gratia, quam qui portant, mi- nimè pondus sentiunt: quoniam Deus portantes adiuuat multo maioribus auxiliorum gratia præsidij, quam olim siue in lego naturæ, siue in scripta con- cederentur. Lyran.

Secunda expositio, Quæ videtur magis textui consentanea est D. Augustini, seu Ticonij, & aliorum, pondus hoc ad laborem & tribulationem spectare existi- mantium: vt sit sensus. *Non mittam super vos aliud pondus, id est, Non implicabo vos nouis tribulationibus, eo quod non fueritis impie Izabel sectatores. Quod enim in sacris literis tribulatio pondus, seu onus appelletur, exploratum est ex di- uinis vaticinijs, qui cum impendentia Hebræorum genti, vel alteri cuiquam po- pulo mala comminantur, titulum oneris suis vaticinijs præfigere consueve- runt.* Sic enim Nahum dixit, *Onus Ninive: Abacuch, Onus quod vidit A- bacuch Propbeta.* Malachias, *Onus verbi Domini ad Israel.* Quæ observatio est Diui Hieronymi, libro 5. in Elaiam capit. 13. Et in prologo super Nahum, & Abacuch: Simulque eam reddit huius appellationis rationem, quod tribu- latio instar ponderis premit eos, quibus immittitur. Aduertit autem Diuus Hieronymus in prologo commentariorum super Abacuch, pro pondere, seu onere, Synmachum, & Theodotionem transluisse *ἄρπυια*, id est,

IEGAS
POCAL

Pondus, Hebraicè assumptio.

Psalm. 137. 5.

VII.
Labor, et assumptio, eleuant ad gloriam.

Psalm. 90. 4.
D. Hierom.
Malac. 4. 2.

Brachia crucis, ala seu penna.

VIII.
Iob. 31. 10.

Tolerantia laborum, illusterrima corona.

Galat. 6. 3.

assumptionem, pro quo Hebraicè est *נשאת* ducitur à simili radice, quæ leuare, seu assumere significat, quam ob causam Septuaginta etiam assumptionem reddiderunt, ponentes assumptionem pro assumpta, id est, pro onere, quod assumitur vt ceruicibus imponatur: quo eodem verbo vsus est Regius vates, cum dixit Psalm. 137. *Sicut onus graue grauat a sum super me.* Itaque secundum diuum Hieronymum, onus appellatur assumptio, quia assumitur, vt ceruicibus imponatur.

Verum alia quoque ratio afferri potest, cur Septuaginta, & alij, pondus assumptionem transtulerunt: quia nimirum ex laboribus, & afflictionibus plerumque homines seclent proficere vt ad gloriam assumantur. Itaque ipsa laborum immisio, & veluti oneratio, ac depressio quasi assumptio quædam, & eleuatio ad gloriam est. Hanc enim ob causam, vel ipsius crucis brachia, quibus Christus affixus fuit, ala, seu pennæ dicuntur, quibus ipse ad gloriam sui corporis, & nominis celebritatem euolauit. Psalm. 90. *scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis eius sperabis.* Quem locum de Christo in cruce interpretatur diuus Hieronymus, & Hugo Cardinalis, quo eodem sensu accipiendum est illud Malachiæ 4. *Orietur vobis timoribus nomen meum solum sustitia, & sanitas in pennis eius:* vbi radii solis per metaphoram pennæ appellantur: tum quod solem, pennarum instar, circumdant, tum quod illis quasi pennis vniuersam terram obeat, & ad crucis cornua referendum est, iuxta prædictam Hieronymi expositionem; tum quia Christus crucis brachiis quasi radiis sol fulgentissimus enituit, tum quia illis, tanquam alis, se ad gloriam sui corporis euexit.

Hanc laborum præstantiam & dignitatem agnoscens Iob, dicebat capite 31. *Librum scribat ipse, qui iudicat, vt in humero meo portem illum, & circumdem illum, quasi coronam mihi:* qui locus dupliciter exponi potest, vno modo vt significetur, Iobum de sua ipsius innocentia confidentem optare, vt iudex aliquis qui de sua causa criminose iudicaret, librum scriberet, vniuersa vitæ suæ facta complectentem, quia nimirum sic sperabat fore, vt omnes vitæ suæ senem gloriosam, rerumque optimè gestarum gloriam cognoscerent, & ipse de libro illo quasi de facinorum suorum monumentis, & quadam veluti corona gloriareretur. Altero vt velit Iob, in librum referri labores omnes, qui ex diuino consilio sunt pro toto vitæ suæ decursu definiti, videlicet memoriæ causa, ne vel vnus prætermittatur, quem ipse non ferat, atque ita totum librum patiendo percurrat, & absoluat: id enim significat, cum optat, vt humeris suis imponatur, intelligens in ijs omnibus ferendis illusterrimam gloriæ coronam, ad quam per eos assumi debeat, esse constitutam: quod subsequenda verba significant, *& circumdem illum quasi coronam mihi.* Denique obseruandum est illam præcipue tribulationem dici onus, quæ in peccatorum penam infertur, iuxta illud ad Galatas 6. *Vnusquisque onus suum portabit.* Quo sensu accipienda sunt illa onera, quæ suorum vaticiniorum in ijs Prophetæ Hebræis comminabantur, vt supra diximus, & eodem pacto accipitur pondus hoc loco.

Literarum ad Episcopum Thyatiræ subscriptio explicatur.

Qui vicerit, & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget illas in virga ferrea, & tanquam vas sigilli confringentur.

SECTIO VI.

L. SUBSCRIPTIONIS loco ponitur illa sententia: *Qui vicerit, & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi potestatem super gentes, & reget illas in virga ferrea,*

et tanquam vas figuli confringentur, sicut et ego accepi à Patre meo, et dabo illi stelam martinam. Beda, Primasius, Ansbertus, & alij, dicunt consequi Ecclesiam istam promissionem per ipsum Christum, cui dictum est, Psalm. 2. Dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terre: reges eos in virga ferrea, et tanquam vas figuli confringes eos. Quæ expositio nobis placet, tum quia hæc promissio bonis tantum, id est, vincens fit, at Ecclesia vniuersa, vt malos etiam complectitur, hoc habet, vt per Christum imperium habeat in gentes: tum etiam quia in ipso contextu distinguitur potestas Christi à potestate, quæ hic probis fidelibus promittitur, cum subiungitur, sicut, et ego accepi à Patre meo. Alij ad tropologiam confugiunt vt habere imperiũ super gentes, sit prauis sensuum animique appetitionibus, quas gentes sequuntur, dominari: ex quo, inquit, fiet vt cum virtus ipsa mira sua pulchritudine, vel in ipsis aduersarijs admirabiles sui amores excitet, gentes fidelium exemplo ad fidem conuersæ sub Christi Domini potestatem, ac dominationem subijciantur: id quod si facere per repugnandi libidinem, & pertinaciam renuerint potissimumque hæretici, tanquam vas figuli confringentur, hoc est omnino destruentur, pœnæque dabunt suæ rebellionis apud inferos sempiternas. Verũ hæc expositio quod attinet ad priorem partem, quatenus hunc ingentes dominatum ad prauarum appetitionum depressionem refert, tropologia nobis potius videtur quam literalis sensus.

Beda.
Primas.
Ansbert.
psalm. 2. 8.

Potestas super gentes promissa Ecclesia.

Itaque illud existimamus, duos esse sensus literales huius loci, vnum, vt promittatur Ecclesia vniuersa, etiam in rebus temporalibus felicitas, quod nimirum gentes multas sibi subijciat, imperium in subditos seculæ exerceat, tantæque sit potentia, vt rebelles possit facile coercere, hæreticorum impetus comprimere: denique aduersariorum vires frangere, nulliusque potentiam formidare. Alterũ, quem etiam plerique afferunt, vt ijs qui vicerint, id est Iezabeli, eiusque sectatoribus, videlicet tum prauis hominibus, tum hæreticis sese strenuè, & animosè opposuerint, promittatur fore, vt ob eorum probitatem, aduersusque Iezabelè animi magnitudinem, in alto dignitatis gradu collocentur, prælati que aliorum efficiantur: itaque ad eum locum euehantur, ex quo alios virga ferrea, id est, inflexibili, & æquissima regant, legumque sanctitate deuinciant: rebelles autem, ac petulantibus imperio cõpescant, & disciplinæ seueritate in officio contineant, aut si nolint, pro ratione muneris in eos animaduertat, quæ potestas similis dicitur illi potestati, quã pater Christo concessit, vnde subiungitur, sicut ego accepi à patre meo. Atque ex hoc idem doctores colligunt gubernandi curam, non nisi viro probò æquitatis amatore, forti que etiã & magnanimo cõmittendam esse, hæc enim omnia verbũ illud, Qui vicerit, complectitur: id est qui vitia per probitatem & difficultates, quæ in gubernando incidunt, per animi magnitudinem superauerit.

II.
Felicitas & potentia Ecclesie in subijciendis gentibus continenda in officio.
Qui resistunt prauis hominibus, digni loco aliorum.

Cura gubernandi, quibus cõmittenda.

Illud fortasse quæras. Quomodo Christus rectorus gentes in virga ferrea, & tanquam vas figuli fracturus prænunciatur, Psalm. 2. ad quem hoc alluditur. Ratio verò dubitandi est, quia indignum videtur Christi benignitate (vt in commentarijs eius psalmi argumentatur Hilarius) gentes, quas in suam hereditatem, & possessionem accepit à Patre, vt ibidè dicitur, ferreo administrare imperio, & tanquam vas figuli conterere? Respondeo. Quamuis locũ illum nonnulli de supplicio interpretentur, in quibus sunt D. Hieronymus in commentarijs eius psalmi & D. Greg. in explanatione 4. psalm. penitentialis super illa verba, Respexit in orationem humilium, vbi virgam ferream, & confectionem istam de æterna damnatione intelligit: præcipue tamen in bonam partem accipiendũ esse, ita vt virga ferrea pro virga inflexibili, id est iustissima posita sit, quemadmodũ explicatur Psalm. 44.

III.
Psalm. 2.

Hilar.

D. Hieronym.
D. Gregor.

IEGAS
POCAL

Virga ferrea
pro equitate,
et contractio
vasis figuli
pro restaura-
tione, prae-
cipue accipienda
D. Hilar.
D. August.
Theodor.
Beda.

III.
D. Chrysoft.
Hierem. 19.

cum dicitur, *Virga directionis* seu *aequitatis*, *virga regni tui*. Contractio vero instar vasis figuli restorationem significat: ut quemadmodum vas ex molli luto effictum, nisi ad normam cadat, iterum frangitur ut melius efformetur: sic Messias debuerit gentes destructa vanae aearum superstitione ad fidei, morumque elegantiam traducere: hae enim intellexerunt hunc locum Diuus Hilarius, Diuus Augustinus, Theodoretus, Beda, Euthymius, in Psalm. 2. & Diuus Chrysostomus homilia 4. ad baptizandos, tomo 5.

Quo loco simul aduertit Chrysostomus cum destructio, & eversio significatur, non per vas figuli, sed per vas fictile exprimi solere. Etenim Hieremia 16. cum extrema Hierosolymorum eversio praenuntiatur, iubetur Propheta vas fictile in totius populi conspectu confringere. Id, quod non accidit, cum salutis spes promittebatur: tunc enim iussus est idem Propheta ad domum figuli se conferre, Hieremia 18. ubi non vas fictile iam decoctum, sed argillam adhuc recentem conspexit, quae eo praesente fuit in aliud vas multo elegantius efformata. Unde subiungitur: *Nunquid sicut figulus israhel non potero vobis facere domus israhel?* ex quibus concludit Chrysostomus, cum Christus gentes contracturus dicitur, tamen quam vas figuli, in bonam partem accipiendum esse, de conuersione videlicet gentium ad fidem, & pulcherrimis gratiarum ornamentis, quae accepturae erant, ubi superstitionem & impietatem depoluisse, eaque ratione contractae in vasa honoris pulcherrima euasissent. Atque haec de prior parte sententiae dicta sint, iam de posteriori dicendum.

Quenam sit illa stella Matutina, quam Christus perseverantibus usque in finem pollicetur.

Qui viderit, & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi stellam matutinam.

SECTIO VII.

1. ERAT eiusmodi posterior pars magnifica illius pollicitationis. *Qui viderit & custodierit usque in finem opera mea, dabo illi stellam matutinam.* Prima expositio est Bedae, Rupertii, Primasij, Christum per hanc stellam matutinam intelligentium: quia nocte huius seculi transacta, lucem & vitam sanctis aeternam pollicetur, sicut lucifer, seu stella matutina cito futurum solem denunciat, quo etiam sensu Christus ipse de se ait, Apocalypsis 22. *Ego sum genus & radix David, stella splendida, & matutina.* Sicut enim eum locum interpretatur Diuus Gregorius lib. 19. Moralium cap. 30. super illa verba capitis trigesimali octauo, *Nunquid producit luciferum in tempore suo? Christus, inquit, natus ex Virgine veluti Lucifer inter tenebras nostrae noctis apparuit, quia fugata obscuritate peccati, aeternum nobis mane nunciavit, & praeterea qui viuis apparuit post mortem, matutina nobis stella factus est, quia dum in semetipso exemplum nobis resurrectionis praebuit, qua lux sequatur, indicauit. Unde recte per Ioannem dicit, *Ego sum stella splendida, & matutina, Apoc. 22.* Eodem aliusit Apostolus ad Romanos 13. cum dixit. *Nox praecessit, dies autem appropinquauit.* Etenim Christus adueniens, non solum fulgentissimum gratiae diem tanquam lucifer futurum significauit, sed etiam instar solis effecit: quam ob causam apud Elajam, cap. 16. splendor ipse, & lampas lucidissima appellatur illis verbis: *Donec egredietur vs splendor iustis eius, & saluator eius vs lampas accendatur.* Eodem mysterio*

Beda.
Rupert.
Ansbert.
Panon.
Apoc. 22. 16.

D. Greg.

Stella matu-
tina, Chri-
stus in resur-
rectione, idē
que lucifer
& sol propter
diem gratia.
Apoc. 22. 16.
Rom. 13. 11.
Esa. 62. 1.

sterio Psalm. 21. inscribitur *pro susceptione, vel assumptione matutina*, seu ut alij transferunt *pro cerna aurora*, seu *cerna matutina*: sic enim Felix: alij verò Hebræorum *stellam matutinam*, quæ omnes translationes ad humanitatem Christi ad austrum ad auroram resurgentis pertinent, de quibus videndus est Titelmanus in suis in Psalmos annotationibus ex Hebræo, & Chaldæo.

Secunda est Richardi de sancto Victore, *stellam matutinam*, interpretantis gratiam iustificantem, vel gloriam animæ dumtaxat, quæ stella quædam dicatur propter contemplationis splendorem, *matutina* autem propter inchoationem beatitudinis: quæ *stella matutina* mutabitur in solem meridianum, quâdo anima glorificabitur in resurgente corpore, iuxta illud Matth. 13. *Fulgebunt iusti sicut sol in regno Patris eorum*. Tertia est Ioachimi, qui ait, *stellam matutinam* cum sit prima diei lux, solisque claritatem præcurat, significare domum scientiæ, per quod nunc inuisibilia ex parte cognoscimus, tunc verò facie ad faciem intelligemus eunt de claritate in claritatem, ita ut ea, quam nunc habemus, contemplatio proficere debeat in diem. Quartam affert Primasius, posse nimirum per *stellam matutinam* corporum resurrectionem accipi, qua adueniente, mundanæ noctis tenebræ fugabuntur, *stella* enim *matutina* sicut noctis finem, ita diei præbet initium. Concinit huic expositioni titulus Psalmi vigesimi primi, qui inscribitur, *pro susceptione matutina*, eo quod in eo Christus commemorata prius sua passione postulet à Patre *susceptionem matutinam*, id est, corporis sui resurrectionem matutino tempore, ut possit eius encomia toti mundo denunciare.

Quinta est aliorum, *stellam matutinam* intelligentiam sacræ scripturæ interpretantium, quam Dominus fidelibus concedit, iuxta illi Psalmi vigesimi quarti. *Firmamentum est Dominus timentibus eum, testamentum ipsius, ut manifestetur illis*. Id quod cæstat Petrus 2. epistola capite 1. ubi intelligentiam scripturæ luciferum appellat illis verbis. *Cui, id est sermoni prophetico, benefacitis attendentes, donec lucifer oriatur in cordibus vestris*. Quo loco *lucifer*, non solum gratiam aut gloriam significat; sed etiam intelligentiam sacræ scripturæ, diuinorumque mysteriorum cognitionem, quæ iis promittitur, qui in scripturis intelligendis operam poluerint. Rectè autem hoc loco huiusmodi præmium Christus pollicetur ijs qui cum Iezabele, id est, hæreticis, de scripturæ sacræ intelligentia decertarunt, eorumque errores diuinarum literarum testimonijs repulerunt. Omnes hæc expositiones probabiles sunt, & textui constantæ: Sed primam locum obtinet, quæ Christum: Secundam, quæ sempiternam gloriam: Tertium, quæ gratiam: Quartum, quæ intelligentiam scripturæ: Quintum, quæ gloriam corporis interpretatur.

II.
Richard. V.
Floruit.
Secunda ex-
tra iustificans
vel gloria
anima.
Matth. 13.
Ioachimus.
Tertia do-
num scientiæ.
Quarta re-
surrectio
corporum.
Primasius.

V.
Quinta intel-
ligentia sacræ
scripturæ.
Psalm. 24. 14.
Petr. 1. 19.

IECAS

IECAS

IECAS